Digitized by Google

9.5 -524

Google

A
3.5.524
11.45.203

Digitized by Google

ALOYSII L. B. A LOCELLA
TRIA
TENTAMINA
AD ILLVSTRANDAS
LEGES
XII
TABVLARVM.

VIENNAE AVSTRIAE
APVD IOAN. THOM. TRATTNER
CIↃ IↃ CCLIV.

Digitized by Google

VIRGILIVS

Poſſum multa tibi veterum praecepta referre
Ni refugis, tenuesque piget cognoſcere curas.

Digitized by Google

MARIAE.

THERESIAE.

IMPERATRICI.

AVGVSTAE.

HVNG. BOHEM. QVE.

REGI.

ARCHIDVCI.

AVSTRIAE.

DVCI.

STYR. CARINTH.

CARNIOLIAE.

&c. &c. &c.

Digitized by Google

Digitized by Google

AVGVSTISSIMA
IMPERATRIX
REGINA
DOMINA DOMINA
CLEMENTISSIMA!

DUm ad MAIESTATIS TVAE thronum, tenuem adeo, praecocique effuſam ſtudio opellam, in genua ſubmiſſus deponere audeo,

IM-

Digitized by Google

IMPERATRIX & REGINA AVGVSTA, *vix ipſemet me ab inſigni temeritatis nota abſolvo. Attamen illud haeſitantem erigit : ſummos etiam Principes interdum non dedignari oblatos eiuscemodi arborum fructus, qui ante praeſtituta velut naturae legibus tempora, cultorum induſtria provenere ; quique vel idcirco, quamquam immittes etiamnum atque aliquantum acerbi ſint, pro raris tamen habeantur, regiisque adeo menſis inferantur.*

Fateor enim vero, qualiacun-

cunque haec tentamina mea, aetatis perinde , atque imbecillitatis meae vitio , nequaquam ad eum perveniſſe maturitatis gradum , ut eruditorum oculis delibari , minus ut AVGVSTO Tantae DOMINAE Nomine refulgere mereantur. At perſpecta mihi haud minus eſt , indicibilis illa TVA Clementia ac Benignitas , qua praecipue quidquid ex TVO illo Thereſiani Collegii fundo , quem continuis gratiarum veluti pluviis irrigas , non ſine ſpe aliqua ſeſe extulerit , maternis propemodum oculis reſpi-

cere,

cere, atque, uti reapſe ſunt, tamquam favorum TVORVM fructus recipere digneris.

Felicem hanc in terram, quum ante annos fere octo TVA ſim gratia e paterna domo transplantatus, atque ſi de temporis diuturnitate, non de virtutis atque eruditionis proventu agatur, inter Collegas meos primatum teneam; vel ea res literarii huius laboris mei primitias adiuvabit, ut rudes licet ac imperfectae, ab SAPIENTISSIMAE OPTIMAEQVE REGINAE gratioſo aſpectu,

tam-

tamquam Thereſiano in agro enatae, non omnino excludantur.

Patieris igitur DOMINA CLEMENTISSIMA, primulum hoc, quale poſſum, non quale vellem, grati ac aeternum devoti animi mei, in publico extare teſtimonium; neque enim verbis exprimere grata ſubmiſſi animi ſenſa valeo; ob tot tantasque gratias ab MAIESTATE TVA, Auguſtisque Maioribus, in me meosque collatas, qui longa iam annorum ſerie Supremis Auſtriae Principibus ſerviendi felici ſorte perfruuntur.

)(Pri-

Primum iſtud itaque literarium conamen meum, quia de vetuſtis Romanorum Legibus quaedam attingit, IVSTITIAE TVAE arae adſterno: quia vero meum, atque ideo minus, quam oporteret, perpolitum eſt, ad CLEMENTIAE TVAE thronum, meque ipſum de genibus depono.

CAES. REGIAEQVE

MAJESTATIS TVAE

Clientum infimus

ALOYSIUS LIB. BAR.
a LOCELLA.

Digitized by Google

LECTORI SVO
AVCTOR S. P.

PAucis te Lector volo: etenim *longiore praefatione*, ſi PLINIO * fides, *vel excuſare vel commendare ineptias ineptiſſimum eſt*. Quod monitum eo magis huc pertinet, quod de inſtituti ratione nil opus eſt praefari, quum id utilius, ut videtur, ſub cuiusvis initium tentaminis praeſtiterimus. Itaque antiquiſſima conſuetudine ad verba tecum facienda invitato, illud occurrit ut admonerem: libellum hunc, quandoquidem oportet aut bonum eſſe, aut, quod in votis eſt, ſaltem mediocrem, vel certe invi-

* *Epiſt.* IV. 14.

invita Minerva ſcriptum; quodvis de eo iudicium tulerint Eruditi, non omni omnino utilitate cariturum. Fac enim (ut cetera taceam) male etiam iſthic a nobis operam impenſam dictitari; nae ille vehementer errat, qui ſimul de quovis commodo conclamatum eſſe arbitratur. Nam quemadmodum cimelio numario non eſt inutile, nonnullos quoque adulterinos nummos cuſtodire, quo ſcilicet, *quid diſtent aera lupinis* pulcrius intelligatur; haud ſecus tuam CANDIDE LECTOR bibliothecam hisce noſtris augeri tentaminibus diſpendium non reputamus. Quare his utere fruere pro lubitu: et ſiquidem plura nitent in opuſculo, etiam atque etiam rogo, ut ne paucis offendare

- - maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura. **

Vale.

** HORATIUS *De art. Poet. ver.* 351.

TEN-

TENTAMEN
PRIMUM

Digitized by Google

TENTAMEN I.

HISTORIAM XII. TABVLARVM COMPLECTENS.

CONSPECTVS.

§. I. *Inſtituti ratio.*
§. II. *Romani ejectis Regibus, de conſtituendis legibus conſilium capiunt.*
§. III. *Tres legati in Graeciam mittuntur, qui inde leges peterent. Miſſionis huius cauſae.*
§. IV. *Decemviri creantur, qui ex allato iure Attico tabulas decem conſcribunt.*
§. V. *Rurſum Decemviri creantur, qui duas alias legum tabulas adjiciunt; quae ſubinde una cum prioribus decem, aeri inciduntur.*
§. VI. *Quibus appellationi-*

lationibus in indicandis XII. *tabularum legibus, ſcriptores uſi?*

§. VII. *Fata* XII. *tabularum.*

§. VIII. *Commentatores plerique antiqui recenſentur.*

§. IX. *Jus in* XII. *tabulis, triplex fuiſſe monetur.*

§. X. *Singularum tabularum ſumma capita exponuntur.*

§. XI. *Recentiores quidam Commentatores laudantur.*

§. XII. *Leges* XII. *tabularum a reprehenſionibus variorum vindicantur; tum Auctorum encomia referuntur.*

§. I.

Inſtituti ratio.

ETſi omnes fere Romanorum leges, prae ceteris, laude digniſſimae ſint, tamen illae inprimis, quae celebratiſſimis illis XII. tabulis continebantur, adeo numeris omnibus abſolutae mihi videntur, ut iis nihil prudentius ſcriptum Romanam urbem vidiſſe, nihilque in ea, ut ita dicam πολιτικώτερον inveniri, confidenter aſſeve-

ſeverare auſim. Quin etiam, erroris non arguetur, (meo ſaltem infirmo judicio) qui eam rogationem, praecipuum fuiſſe cenſeat Romanae Reipublicae firmamentum. Itaque tribus his Tentaminibus, quidpiam de XII. tabularum legibus mereri, conſilium fuit. Primo iſthoc, XII. tabularum hiſtoriam, exponere aggredior: qua in re, eam, tenuiſſimae induſtriae meae, legem ipſe tuli, ut ne longius forſan abductus, ea, quae ad hiſtoriam legum faciunt quidem, ſed altero tamen atque tertio tentamini, parum erant profutura, otioſius adcumularem. Nam et conſtituti libello limites, longius evagari prohibent, et ſiquidem pauca nondum obſervata hoc tentamine in medium proferre licuit; ſatis intelligebam, oleum me (ut aiunt) ac operam perditurum, ea fere recantando, quae optimi du-

dum commentatores memoriae prodidere. Ubi autem et ipſe quicquam auſus ſum, non probabatur criticum acumen, iis modo ſolenne:

quorum ingenium nova tantum
cruſtula promit. [1])

ſed potius, quas auctorum lectio et collatio ſuppeditaverat conjecturas, prudenti Eruditorum arbitrio relictas, quantum per ingenii imbecillitatem licuit, idoneis documentis firmare contendi.

§. II.

Romani ejectis Regibus, de constituendis legibus consilium capiunt.

Atque ut ſub initium ſtatim, quam de brevitate fidem dedi, exſolvam; miſſa facere oportet quaecunque de Regiis illis legibus, [1]) quae

---

[1]) HORATIUS *Satir.* II, 4. *ver.* 47.

[1]) Sunt hae, *a*) leges Romuli, de quibus DION. HALICARNASSEUS *Antiquit. Rom.* II, 26. CICERO pro FLACCO XXXIV.

quae duodecim tabulas praeceſſere, adferri poſſent. Igitur ab ejectis Regibus narrationem ordiemur. Nimirum anno V. C. CCXLIV. quum populi Romani odium juſtamque indignationem in ſe provocaſſet TARQUINIUS Rex cognomento SUPERBUS, lata lege

FRANC. BALDUINUS ſingulari opuſculo, quod vel cum ejus commentario ad Inſtituta reperitur, vel ſeorſum, *Lugduni* 1555. & *Baſileae* 1557. Dolendum tamen, virum doctum, plures falſas leges immiſcuiſſe, quae perperam Romulo attribuuntur. Oſtendit id GEORG. SCHUBARTUS *de fat. iuriſprud. Rom.* I. *pag.* 64. et WALCHIUS *Hiſt. crit. latin. ling. pag.* 27. Sunt β) Numae Pompilii leges, de quibus itidem DION. HALICARN. *loco cit.* PLINIUS *Hiſtor. natur.* XIV, 12. et GELLIUS *Noct. Attic.* IV, 3. Itemque γ) Tulli Hoſtilii, Anci Martii, et Tarquinii Priſci, paucae quaedam, quas recenſent DION. HALIC. III, 5. et LIVIUS I; 26. 28. 32. Complures quoque Servii Tullii memorat TACITUS *Annal.* III, 26. Eas le-

Tribunitia [2.]) urbe pulſus eſt; ſimulque Regium nomen proſcriptum [3.]) Inde quum per VIgint. fere, (id eſt, ceu figura notat,) ſexaginta annos, [4.]) ſolis fere moribus et repentinis, ut ita dicam, legibus populus rege-

ges ſubinde multi collegere ac edidere; quos paſſim laudatos videre eſt.

2.) Ita dicendum videtur cum THEOD. MARCILIO in *interpret. ad leg.* XII. *tab.* Alii ex POMPONIO in L. 2. §. 3. ad leges Regias pertinere, quod de Tribunitia dicitur, exiſtimarunt; ut ſcilicet leges Regiae, per tribunitiam exoleviſſe intelligantur. Verum accidit iſtud ex vitioſa verborum Pomponii interpunctione. Sic enim fieri debuerat. *Exactis deinde Regibus*, *lege Tribunitia*, *omnes leges hae* (Regiae ſcilicet) *exolevere.* Enimvero, leges, lege non exoleſcunt, ſed vel abrogantur, vel firmantur.

3.) Ita LIVIUS *Hiſtor.* I, 57. ad 60.

4.) Sequor enim elegantiſſimam BYNCKERSHOECKII conjecturam, qui in *Praetermiſſis* d L. 2. D. *de orig. iur.* Pomponii ἀναχρονισμὸν ſcitiſſime explicuit.

regeretur; [5.] fixo ac perpetuo jure componendam ac in poſterum firmandam Rempublicam, Prudentes exiſtimarunt.

§. III.

Tres legati in Graeciam mittuntur, qui inde leges peterent. Miſſionis hujus cauſa.

VErum enim vero graviſſima ea tempeſtate inter ſenatum ac plebem orta diſſidia, neutra ſcilicet parte alteri ferendae legis poteſtatem conceſſura, eam rogationem in decennium protraxere. [1.] Sed anno V. C. CCC. SP. TARPEIO et A. AETERNIO Conſulibus res ad Senatum delata demum eſt: factumque ex ſententia P. Romilii Senatus conſultum (quod deinde

5) Eae leges paſſim inveniuntur apud DION. HALICARNASSEUM V, 32. 41. 56. et VAL. MAXIMUM V, 7.

1.) LIVIUS III, 9. *pag.* 281. *Edit. in uſum Delph. Pariſ.* 1679.

inde fuit plebiſcito confirmatum) quo decretum eſt, tres legatos nedum per Italiam, ſed etiam tribus triremibus pro maieſtate populi Romani magnifice inſtructis, in univerſam Graeciam, petitum leges mittendos eſſe. 2.) Creati tum miſſique SP. POSTHUMIUS ALBINUS, 3.) A. MANLIUS et SULP. CAMERINUS, qui utiliores aptioreſque ſingularum Graeciae Civitatum, ac Athenienſium potiſſimum leges

2.) LIVIUS III, 10. *et ſeqq.* DION. HALICARNASSEUS X, 4. *et ſeqq.*

3.) Hoc verum familiae Poſthumiae cognomen: non *Albus.* Nihilo ſecius omnes omnino (ſaltem quod norim) qui hiſtoriam XII. tabularum ſcripſerunt, Albi cognomen Poſthumio huic addidere. Is error, depravatis LIVII editionibus ſuam debet originem, quae, ſive manuſcriptorum pravitate, ſive exſcribentium incuria, ne dicam inſcitia, omnes, quas mihi ſaltem videre contigit, *Albi* cognomen ſe-

ges deſcriberent. 4) Ejus miſſionis cauſam, curque nunc vel maxime conquirendarum legum conſilium ceperint

rint

****

runt. Certe, familiae Poſthumiae *Albini* cognomen fuiſſe, ex numis veteribus eius familiae, ſatis ſuperque conſtat. Videantur FULV. URSINUS *Famil. Rom. in antiquis numiſm. pag.* 231. *Edit. Pariſ. cur. Patino.* 1563. et IOH. VAILLANTIUS *Num. Antiq. famil. pag.* 303. *Edit. Amſtel.* 1703.

4) DION. HALICARNASSEUS X, 52. *pag.* 645. *Edit. Oxon. e Theatr. Scheld.* 1704. LIVIUS III, 31. *pag.* 320. *Edit. cit.* Neque tamen ſolas Athenienſium leges conquiſitas fuiſſe exiſtimandum eſt: ſiquidem nonnullas Lacedaemoniorum, teſte ATHENAEO Δειπνοσοφιστῶν, VI. et AMMIANO MARCELLINO *Hiſt.* XVI. et §. 10. *Inſt. de iur. nat. gent. et civ.* nec non, legislatorum quorumdam celebriorum, puta: Draconis, Zaleuci, et Charondae, haud eſſe excludendas, ex SYMMACHO *Epiſt.* XII, 3. et GELLIO *Noct. Attic.* XX, 1. docemur. Singulare iſthic eſt, leges ab uno populo ad alium, Divina quadam providentia migraſſe: nam et Graecos leges ſuas ab Hebraeis

rint Romani, ita TACITUS declarat eleganter, ut ipſa eius verba iſthic adponenda cenſuerimus; ſuntque hujuſmodi: *Vetuſtiſſimi mortalium nulla adhuc mala libidine, ſine probro, ſcelere, eoque ſine poena aut coërcitionibus agebant: neque praemiis opus erat, quum honeſta ſuopte ingenio peterentur; et ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At poſtquam exui aequalitas, et pro modeſtia et pudore vis incedebat, provenere dominationes; multoſque apud populos aeternum manſere. Quidam ſtatim, aut poſtquam Regum pertaeſum,*

accepiſſe notat CYPR. REGNERUS *Conſ. Belg. ad* §. 10. *Inſt. de iur. nat. gent. et civ.* Inde procul dubio Romanarum legum cum Moſaicis congruentia, quam expoſuit doctus quidam Vir (neſcio an LICINIUS RUFINUS) in COLLATIONE *Legum Moſaic. et Roman.* edita ultimo a PETRO PITHOEO *Pariſ.* 1689.

ſum, leges maluerunt. Hae primo rudibus hominum animis ſimplices erant: maximeque fama celebravit Cretenſium, quas Minos; Spartanorum, quas Lycurgus; ac mox Athenienſibus quaeſitiores iam et plures Solon perſcripſit. Pulſo Tarquinio multa populus paravit, tuendae libertatis et firmandae concordiae. [5.] &c. Equidem retroactis temporibus populum Romanum ancipiti bello diſtractum externos non conquiſiviſſe ſatis conſtat; ſed bello ſuperatis finitimis, haut quietis tamen domi rebus, par erat rem publicam certis legibus firmari: in quibus boni aequique iuſſa, pravi delictorumque depulſio, iudiciorum item ordo, et bene vivendi norma, poenaeque ac praemia conſtituerentur.

§. IV.

5.) *Annalium* III, 26. *pag.* 205. *Edit. Trai. Bat. cur. Iac. Gronov.* 1721.

§. IV.

Decemviri creantur; qui ex alla to jure Attico decem tabulas conſcribunt.

REverſis e Graecia, lapſo biennio, legatis, Decemviri creati ſunt: quorum in nominibus recenſendis variant ſcriptores; ſed nos iſthic DIONYSIO et LIVIO plurimum tribuemus. Fuerunt autem AP. CLAUDIUS, T. GENUCIUS, P. SEXTIUS, T. ROMILIUS, C. IULIUS, L. VETURIUS, & P. HORATIUS. [2]) His porro tres illi legati, quos paullo ante in Graeciam miſſos diximus, acceſſere. [3]) Decem hi Con-

1.) DIONYSIUS X, 56. *pag.* 648. LIVIUS III, 33. *pag.* 322.

2.) LIVIUS Curatium vocat. *loc. cit.*

3.) Hinc factum eſt, ut POMPONIUS in L. 2. §. 4. D. *de Orig. iur.* Decemviros fuiſſe in Graeciam miſſos ſcriberet. Namque veri ſimile eſt, per prolepſin locutum fuiſſe Pomponium, quum legati poſtea inter Decemviros fuerint. Quod autem *Decem viros* ait fuiſſe miſſos, id non mirum: quo-

Conſulares Viri, partim ex patriis inſtitutis, partim ex Graecorum iure ab legatis allato, decem tabulas compilaverant. 4.) Ea in re, quum Decemvirum plerique Graeci ſermonis eſſent expertes, Hermodoro exule Epheſino interprete ſunt uſi. Is adeo Vir praeclariſſimus, conſcribendarum legum auctor fuerat. 5.) Tabulae autem

---

niam et unicus e Decemvirum numero, Decemvir olim dici conſueverit. Equidem eadem fere ratione, infra not. 8) Auctoris cuiusdam locum explicabimus.

4.) Ita DION. HALICARNASSEUS X, 56. *pag.* 649. ὗτοι οἱ δέκα ἄνδρες συγγράψαντες νόμους ἔκ τε τῶν ἑλληνικῶν νόμων, καὶ παρὰ τῶν σφισιν αὐτοῖς ἀγράφων ἐθισμῶν, προὔθηκαν ἐν δέκα δέλτοις τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν. *Hi Decemviri, leges conſcriptas, tum ex Graecorum legibus, tum ex ſuis moribus non ſcriptis, in decem tabulis cuilibet cognoſcendas propoſuerunt.*

5.) Vid. POMPONIUS in L. 2. §. 4. D. *de Orig. iur.* Unde ei ſtatuam publice poſitam fuiſſe perhibent DIOG. LAËRTIUS

tem decem, quibus leges inſculptae, ſubinde advocata concione, populo cognoſcendae ſunt propoſitae. [6]) Poſt, ubi rumoribus hominum de uno-

in vita *Heracliti.* CICERO *Tuſc. Quaeſt.* V, 105. *pag.* 189. *Edit. Pariſ. in uſum Delph.* 1699. PLINIUS *Hiſt. Nat.* XXXIV, 11. *pag.* 97. *Edit. Harduini* in 4to *Pariſ.* 1685. Quin et aliquas Romanorum Leges Hermodorum condidiſſe docet STRABO *Rer. Geographic.* XIV. *pag.* 950. *Edit. Amſtel.* 1707. Quo pertinet omen illud HERACLITI, qui ad Hermodorum ſcribens, ſpeciem ſibi ait oblatam in ſomniis orbis univerſi venerabundi, et ad illius leges, Perſarum more, compoſitis ad oſculum labiis, procumbentis. ὄναρ ἐδόκουν τοῖς σοῖς νόμοις τὰ παρὰ πάσης τῆς οἰκουμένης διαδήματα προσιέναι, καὶ κατὰ τὸ ἔθος τῶν περσῶν ἐκλείοντας τὸ σόμα προσκυνεῖν αὐτούς. Conf. GRAVINA *Orig. iur. civ.* II, 23. *pag* 169.

6) Illuſtrem hic LIVII locum, (ex quo pateat, quantam plebs in latarum legum approbatione auctoritatem habuerit) nequeo ſilentio praeterire. Sic vero habet: *Ingenti hominum expectatione propoſitis decem tabulis, populum ad concionem advocaverunt;*

unoquoque legum capite editis, ſatis correctae viderentur, centuriatis comitiis, ceu tum mos erat, perlatae ſunt. [7.])

B §. V.

(de Decemviris loquitur) *et quod fauſtum felixque, Reipublicae, ipſis, liberiſque eorum eſſet, ire, et legere leges propoſitas iuſſere. Se, quantum decem hominum ingeniis provideri potuerit, omnibus ſummis infimiſque iura aequaſſe; plus pollere multorum ingenia conſiliaque. Verſarent in animis ſecum unamquamque rem; agitarent deinde ſermonibus: atque in medium, quid in quaque re plus minuſve eſſet, proferrent. Eas leges habiturum populum Romanum, quas conſenſus omnium non iuſſiſſe latas magis, quam tuliſſe videri poſſet. lib.* III, 34. *pag.* 323.

7.) LIVIUS III, 34. *pag.* 323. Cuius autem materiae fuerint tabulae, in quibus leges Decemvirales propoſitae ſunt, incertum. POMPONIUS in L. 2. §. 4. D. *de Orig. iur.* eboreas fuiſſe ſcribit, quod mihi quidem adeo non diſplicet; etſi IAC. GOTHOFREDUS hic legat *roboreas*; CUIACIUS vero, ex eoque BYNCKERSHOEKIUS exiſtiment tabulas fuiſſe et roboreas, et

§. V.

Rurſum Decemviri creantur, qui duas alias legum tabulas adjiciunt, quae ſubinde una cum priori-

NIhilo minus his peractis, quum aliquid etiam deeſſe videretur, adnitentibus nonnullis ex Patribus, (ut ea ratione Tribunitia poteſtas abrogaretur) conſenſu Senatus et plebis, rurſum, Decemviri creantur; qui,

eboreas, et poſtremum aeneas. Nam Pomponio accedit VETUS Theophili SCHOLIASTES, qui ad *tit. Inſt. de legitima tut.* verbo: δυοδεκάδελτος commentatus, inquit: ἦσαν γὰρ ἐν δέκα δέλτοις ἐλεφαντίνοις γραφέντες. *erant autem in decem tabulis eboreis ſcriptae.* Hoc de eo tempore, quo poſtquam centuriatis comitiis perlatae ſunt, (ceu diximus) etiam publice, ad omnium notitiam expoſitae fuere. Equidem ſi de eo tempore, quo populo cognoſcendae ſunt traditae, ſermo ſit, per me licet fuerint roboreae. Reſtaret ut, quem hic DION. HALICARNASSEUS ſcrupulum movere poteſt, eximeremus; noſtramque de eius teſtimonio (ait enim decem tabulas fuiſſe in *aes* inciſas) conjecturam exponeremus. Sed id commodius alibi fiet. Vid. *not.* 9) *ad* §. V.

qui, quod deeſſe decem tabulis videretur, ſupplerent, legumque latarum obſervantiam a volentibus nolentibus exigerent. [1.] Singulari per id tempus artificio, auram popularem conſecutus AP. CLAUDIUS, iterum in hoc Magiſtratu retentus eſt. Cum eo autem creati ſunt, ex patriciis: Q. FABIUS VIBULANUS, M. CORNELIUS MALUGINENSIS, M. SERVILIUS, [2.] L. MINUCIUS, T. ANTONIUS MERENDA, MANIUS RABULEIUS. Ex plebe fuere: Q. PETILIUS [3.] CAESO DUILLIUS et SP. OPPIUS. [4.] *bus decem aeri inciduntur.*

B 2 Ab

1.) DION. HALICARNASSEUS X, 58. *pag.* 649. LIVIUS III, 34, 35. *pag.* 326. MACROBIUS *Saturn.* I, 13. *pag.* 253. *Edit. Lugd. Bat.* 1670.

2.) LIVIUS Sergium vocat. *loc. cit.*

3.) Sive ut LIVIO ſcribitur: Poetilius. *Ibid.*

4.) Hic mendoſe Ουιτούριος legitur, in editione Hannov. DIODORI SICULI *pag.* 86.

Ab his novis Decemviris, duae aliae tabulae prioribus adiectae. [5] At, quum eo proceſſiſſet Decemvirum auda-

---

5) Scripſimns *adiectae:* nam hoc ſolum teſtantur LIVIUS III, 37. *pag.* 327. et DION. HALICARNASSEUS X, 60. *pag.* 652. Certe, comitiis centuriatis perlatae non ſunt, teſte LIVIO *loc. cit.* Nondum enim perfectae erant; id indicante DIOD. SICULO XII. *pag.* 87. Huius quidem teſtimonium in praeſens omittimus, atque in aliud tempus differimus; (vide not. 7) ſed et LIVIUS in Decemvirum ſecundi anni impotentiam invectus: *Jam et proceſſerat maior pars anni,* (inquit) *et duae tabulae legum ad prioris anni decem tabulas adiectae; nec quidquam iam ſupererat, ſi hae quoque leges centuriatis comitiis perlatae eſſent, cur eo Magiſtratu Reipublicae opus eſſet.* loc. cit. En! ut auctor fatetur, nihil ſuperfuiſſe cur Reipublicae Decemviris iam opus foret, praeterquam, ut duas adiectas legum tabulas eo perducerent, ut comitiis centuriatis, iam omni ex parte perfectae, (id enim neceſſario requirebatur) perferri poſſent: quod tamen a Decemviris non eſt factum.

audacia, *ut traditos faſces, regio quodam furore retinerent*; jamque *decem Regum* ſpecies eſſet, occaſionem praebente AP. CLAUDII crimine, 6.) abrogatoque Decemviratu, anno demum V. C. CCCVI. L. VALERIO et M. HORATIO coss. publice ſunt propoſitae; 7.) aeneiſque tabulis, una

6.) De hoc vide DION. HALICARNASSEUM XI, 28. *pag.* 675. LIVIUM III, 44. *pag.* 337. et FLORUM *Rer. Roman. Epitom.* I, 24. *pag.* 44. *Edit. in uſum Delph. Pariſ.* 1644.

7.) Ita LIVIUS III, 57. *pag.* 361. cuius verba ſunt: *Priuſquam urbem egrederentur*, (Conſules) *leges Decemvirales, quibus duodecim tabulis eſt nomen, in aes inciſas in publico propoſuerunt.* Sed iam videſis quaeſo Erudite lector, quae ad hunc Livii locum monet STRUVIUS in *Hiſtor. iur. Rom.* I, 10. *pag.* 31. *in notis.* Ait ſcilicet: *Haec* (nempe Livii verba) *male intelligens* DIODORUS SICULUS XII. *pag.* 87. *ſic loquitur*: Επ' ἄρχοντος δ' ἀθήνησι Διφίλου ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους

cum prioribus decem, inſculptae. [8.])

§. VI.

Κάγκον Ὀράτιον καὶ Λεύκιον Οὐαλέριον τέρπινον. ἐπὶ δὲ τέτων ἐν τῇ ῥώμῃ τῆς νομοθεσίας διὰ τὴν ςάσιν ἀσυντελές ϐ γενομένης, οἱ ὕπατοι συνετέλεσαν αὐτήν. τῶν γὰρ καλϐμένων δώδεκα πινάκων οἱ μὲν δέκα συνετελέσθησαν, τὰς δ' ὑπολειπομένας δύο ἀνέγραψαν οἱ ὕπατοι. Tum, hanc translationem ſubiicit: *Archonte porro Athenis Diphilo, Romae Conſules creantur: M. Horatius, et L. Valerius Potitus. Hi leges ſeditione interpellatas tandem pertulerunt. Duodecim enim tabularum, uti vocant, decem ſolummodo perfectae erant: duas igitur reliquas Conſules ſupplevere.* Doleo equidem vitioſiſſima translatione *Laur. Rhodomanni*, quae habetur in *Edit. Wechel. cit.* uſum fuiſſe Struvium. Talem enim fieri translationem oportebat, qualem, etſi nobis quidem prior merito ſuſpecta ſit viſa; quoniam tamen tantum nobis in Graeca lingua, hoc loco, haut fidimus, a Viro Graece Latineque doctiſſimo, κατὰ πόδα confectam, & nobiſcum gratioſe communicatam, heic ſubiectam exhibemus. *Archonte autem Athenis Diphilo*,

§. VI.

ATque haec origo eſt legum XII. tabularum, quas a variis ſcri- ptori- *Quibus appellationibus indicandis XII.*

*Romani conſtituerunt Conſules M. * Horatium, et L. Valerium Potitum. ** Sub his autem in urbe Roma, quum propter ſeditionem latio legum imperfecta manſiſſet, Conſules eam perfecerunt. Nam de duodecim appellatis tabulis, decem quidem abſolutae ſunt; ſed relictas duas perſcripſerunt *.* Conſules.*

---

* In Graeco textu *Edit. Wechel. pag.* 87. legitur quidem *κάγκον*; ſed mendoſe.

** Legitur porro *τέρπινον*; ſed et hoc emendandum ex Livio et Dionyſio.

. Profecto hoc ſolum iſthic denotare poteſt verbum *ἀναγράφω*; nullo pacto *ſupplere*. Vid. HENR. STEPHANI *Theſ. Ling. Graec.*

Stabilita in hunc modum Germana translatione, quid quaeſo laudato Livii loco conformius, quam haec Diodori verba? Quid autem (quando ita loqui fas eſt) iniquius, quam Struvii animadverſio? At nunc Candidus Lector iudex eſto, feratque ſententiam: UTER HORUM MALE INTELLEXISSE VIDEATUR? Equidem, (ut fatear quod res eſt) iucundum accidit, oblata

tabularum legibus ſcriptores uſi?

ptoribus, variis quoque nominibus nominatas legimus. Et ab CICERONE

NE

occaſione, non vulgarem ſane Scriptorem Diodorum ab errore vindicare.

8.) Ita LIVIUS III, 57. *pag.* 361. et DIODORUS SICULUS *loc. cit.* Jam vero, quam ſcholio ad §. V. fidem interpoſuimus, liberare nos oportet. Res in eo eſt, ut quum DION. HALICARNASSEUS X, 57. *pag.* 649. decem tabularum leges, στήλαις χαλκαῖς, columnis aereis, inſculptas fuiſſe memoret; alii vero ſcriptores, id demum de duodecim tabulis perhibeant, diſcordes horum Auctorum textus concilientur. Id autem ſecus fieri non poſſe cenſemus, quam ſi Dionyſium eo plane modo, quo Pomponium Scholio 3) ad §. IV. ſcilicet per prolepſin, locutum fuiſſe dicamus: quum verum ſit, decem tabularum leges, una cum reliquis duabus, licet ſerius multo poſtquam conditae fuerant, in aes inciſas fuiſſe. Certe, ſi decem tabularum leges, ſimul atque conditae fuerant, aereis tabulis inſcriptas fuiſſe credamus, ceu id indicare videtur Dionyſius; cur igitur LIVIUS *loc. cit.* inquit: *leges Decemvirales*, quibus duo-

NE [1]) quidem, ſaepe abſolute, *duodecim* vocantur. HORATIUS [2]) *tabulas peccare vetantes*, et *leges ſanctas*; PRUDENTIUS [3]) *bis ſex tabulas*; LIVIUS [4]) *leges Decemvirales* appellat. Graecorum lingua δωδεκάδελτον, δωδεκάβιβλον, et δισκαιδέκατον audiunt. Porro, ius inde profectum, per excellentiam, ab Impera-

decim tabulis eſt nomen *in aes inciſas* fuiſſe: cur item DIODORUS *loc. cit.* ſcribit: *perfectam legumlationem duodecim aeneis tabulis*, εἰς δώδεκα χαλκοῦς πίνακας, iuſſu Conſulum fuiſſe inſculptam.

1.) *De legibus* II, 23. *pag.* 1202. *Edit. Elzevir. cur. Schrevelio* 1661.

2.) *Epiſtolar.* II, 1. *ver.* 23. et *Satir.* II, 1. *ver.* 81.

3.) *Contra Symmachi Orat. ver.* 461.

4.) *Hiſtor.* III, 57. *pag.* 361. Eadem quoque appellatione uſus ſubinde eſt A. GELLIUS *Noct. Attic.* XX, 1. *pag.* 860. *Edit. Lugd. Bat. cur. utriſque Gronoviis* 1706.

ratoribus ac Iure conſultis, in iure civili Romano: *ius civile*, *ius vetus*, *ius priſcum*, *ius antiquiſſimum* nuncupatur. 5.) Sed et legitimum dicitur, quidquid ex his tabulis originem ducit. Exemplo ſunt: *legitima* ſucceſſio & cognatio, 6.) *legitima tutela*, 7.) *legitima conventio*, 8.) *legitima poena*,

5.) Vide L. 1. D. *de pet. haered.* L. *un.* C. *de uſu rei iud.* L. 53. D. *de* V. S. L. 2. D. *de Orig. iur.* L. 11. D. *de noxal. act.* L. *unic.* C. *de nudo iure Quirit. toll.* L. 14. L. *penult.* D. *de legit. hered.* L. 29. §. 7. D. *de lib. et poſth.* §. 3. *Inſt. de teſtam. ordin.* §. 9. I. *de hered. quae ab inteſt. def. Novell.* XXII. *cap.* 2. et 9.

6.) Hinc titulus II. libri III. *Inſt. de* LEGITIMA *adgnatorum ſucceſſione.* Lectu hic digniſſima ſunt, quae de huius antiqui, quoad ſucceſſionem, ordinis, cum legibus Moſaicis congruentia, obſervat AVCTOR *Collationis leg. Moſaic. et Rom.* XIV, *pag.* 57. *Edit. Pariſ.* 1589. *curante P. Pithoeo.*

7.) Inde quoque titulus XV. libri I. *Inſt. de* LEGITIMA *adgnatorum tutela.*

na, 9.) *actio legitima*. 10.) Quas appellationes collegimus, ne notae ignorentur, quibus ius XII. tabularum, ipſaeque adeo tabulae, in veterum ſcriptis indicantur. 11.)

§. VII.

DUodecim aereis tabulis, inciſas fuiſſe, leges Decemvirales, diximus §. V. Nimirum, quo diutius perdurarent, factum id eſſe, ſatis patet. At enim, damnoſa quid non imminuat dies, eventus docuit. Quum enim, quinquaginta admodum annis ſtetiſſent incolumes, Gallico incendio, *Fata XII. tabularum*

8.) Vide L. 6. L. 7. D. *de pactis*.
9.) Vide L. 7. §. 1. D. *de condict. furt.*
10.) Vide L. 22. D. *de aqua & aquae pluv. arc.*
11.) Quippe recte aiebat IOH. MERCERIUS *Opin.* II, 3. has ſignificationes qui ignorant, *in interpretandis legibus miſere prolabi.*

dio, anno V. C. CCCLXIV. una cum urbe Roma, fere peſſum iere. [1]) Sed anno inſequente, quum reficere urbem Romani coepiſſent, foedera legeſque duodecim tabularum, et quasdam Regias, [2]) conquiri, quae comparerent, iuſſerunt. [3]) Ita reſtitutae utcunque duodecim tabulae, pue-

1) Saltem quoad externam faciem; ſiquidem id ex loco LIVII infra not. 10) citando, eruere licet.

2) Cumprimis SERVII TULLII leges de contractibus, humanae admodum ac populares. Eae quidem a Tarquinio ſuperbo abolitae fuerant; teſte DION. HALICARNASSEO IV, *43.* ſed a Bruto et Collatino primis Conſulibus, rurſum in uſum revocatae: eodem teſte V, 2.

3.) Vid. LIVIUS VI, *1. pag. 546.* ubi quum de tribunis militum poſt incenſam urbem creatis, locutus eſſet, quae ab iis geſta ſunt, in hunc modum recenſet: *In primis foedera ac leges (erant autem eae duodecim tabulae, et quaedam Regiae leges) con-*

pueris, (ne forſan iterum perirent.) ediſcendae erant. Equidem, ſi in eo perſtitiſſent Romani, facile monumentum aere perennius exegiſſent.[4.]) Quod ſane animo complexus erat TULLIUS, quum ſe quidem tabulas memoriae mandaſſe, iam vero a nemine condiſci queritur. [5.]) Itaque, licet ſua adhuc aetate eas perduraſſe DIODORUS teſtetur, [6.]) idque forſan et

✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤

quiri quae comparerent iuſſerunt; alia ex eis edita etiam in vulgus: quae autem ad ſacra pertinebant, à Pontificibus, maxime, ut religione obſtrictos haberent multitudinis animos, ſuppreſſa.

4.) Repetendumque fuiſſet illud OVIDII *Metamorph.* XV, *51. ver. 871.*

Iamque opus exegi: quod nec Iovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.

5.) *De legibus* II, *23. pag. 1202. Diſcebamus enim pueri duodecim, quas iam nemo diſcit.*

6.) *Biblioth. Hiſt.* XII. *pag. 87. Edit. cit.* ἡ δὲ γραφεῖσα νομοθεσία, βραχέως καὶ ἀπερίττως συγ-

et s. CYPRIANUS innuat, [7] ad noſtram certe aetatem, dolentibus idcirco Eruditis, ne textus quidem ſatis pervenit. De ipſis tabulis, incertum, quo caſu perierint. [8]

§. VIII.

κειμένη διέμεινε θαυμαζομένη μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν.

7.) Libro ad Donatum *de gratia Dei. pag. 5. Edit. Amſtel. 1700. Inciſae ſint licet* (inquit) *leges XII. tabularum, & publico aere praefixo iura praeſcripta, inter leges ipſas delinquitur; inter iura peccatur.* Neſcio tamen, an praeſens teſtimonium, utut clarum videatur, nihilominus ſuſpectum eſſe poſſit. Nam ubi primum Colonia civium Romanorum Carthaginem deducta eſt, urbs iſta alio deinceps nomine Romae aemula eſt facta. Hinc itidem apud eos theatra, balnea, fora, duodecim legum tabulae, immo et Capitolium fuiſſe patet ex eodem Auctore. *De lapſis pag. 87.*

8.) Exiſtimat RITTERSHUSIUS *Comm. ad leg.* XII. *tab. cap.* V. *pag.* 13. periiſſe has tabulas ſub irruptionem Gothorum, non ſecus ac olim paullo ante Catilinariam coniurationem aera in Capitolio liquefacta le-

§. VIII.

Commentatores quidam antiqui, recenſentur.

NEque meliore fato uſi ſunt, veteres commentatores, quales non paucos, nobiliſſimoſque fuiſſe VARRO ait; [1.]) quamvis neminem eorum nominat. [2.]) Dabimus tamen operam,

gimus. Quae opinio mihi quidem plurimum probatur: etenim minime moveor HEINECCII *Synt. Ant. Rom. ad proëm. pag.* 7. obiectione; qui laudati Rittershuſii opinionem ideo refellit, quod in GAII Commentariis Iuſtiniani aevo, has tabulas adhuc extitiſſe, ex fragmentis in Digeſtis reliquis appareat. Nam praeterquam quod ab relictis commentariis, ad ipſas XII. tabulas, haud firmum ſit argumentum, non videtur Cl. Heineccius advertiſſe, de ipſis tabulis Rittershuſium fuiſſe locutum, non de legum contextu. Equidem ſi de legum contextu ſermo ſit, dicam neque ad hanc uſque diem periiſſe: quippe non periit omnino ea res, cuius etiamnum plurima extant fragmenta.

1.) *De ling. lat.* IV.

2.) Habet adeo locum illud Demiphon-

ram, ut vel eo invito, non paucos producamus. Ac primum quidem conſtat fuiſſe, SEXTUM quemdam AELIUM iure conſultum; qui propter inſignem in iure civili ſcientiam, ſic appellatus eſt a ſummo Poëta:

Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus. 3.)

Is, fratrem forſan habuit, L. AELIUM, cuius itidem mentio fit, apud veteres auctores. 4.) Tum ſeſe offert,

SERV.

tis apud TERENTIUM *Phorm.* II, *4. ver. 18.* - - - - - - *Feciſtis probe. Incertior ſum multo, quam dudum.*

3.) Haec ipſa fere verba vide apud CICERONEM *De Oratore* I, 45. Conf. L. 2. §. *38.* D. *de Orig. iur.*

4.) De hoc interprete itidem TULLIUS *De legib.* II, *23. pag. Edit. Elzev. cur. Schrevelio 1661.* ubi quum hanc ex XII. tabulis legem produxiſſet: *mulieres genas ne radunto: neve leſſum funeris ergo habento.* poſt pauca ſubdit: *L. Aelius leſſum quaſi lugubrem eiu-*

SERV. SULPICIUS, frugaliſſimus interpres. 5.) Hinc, VALERII cujusdam explanationem duodecim tabularum, ſubodorari licet. 6.) Porro non mi-

C nus

lationem, (dici voluit) *ut vox ipſa ſignificat; quod eo magis iudico verum eſſe, quia lex Solonis idem vetat.* Multa hic IAC. GOTHOFREDUS de L. Aelio, quem Laelium appellat, neſcio an recte. Namque magis placet TURNEBI emendatio, qui apud Ciceronem pro Laelius legit L. Aelius.

5.) Notus interpres priſcorum verborum ex FESTO. Laudatur & ab ipſo GAIO, (qui celeberrimus XII. tabularum interpres fuit) in L. 237. D. *de* V. S.

6.) Apud FESTUM XVIII. voc. *tuguria, pag.* 579. - - *quo nomine Valerius explanatione XII. ait etiam* .... *ſignifi ari.* Eam lacunam ſic explebat MARCILIUS: *quo nomine Valerius explanatione XII. ait etiam* tectum in lege XII. tabularum *ſignificari.* Pulchre ab ingenio; feliciter ſi a libro: nam in eiuſmodi lacunis explendis, plerumque Sibylla opus eſt. Porro huic Valerio, *Meſſalae* cognomen tribuit IAC. GOTHOFREDUS; ſed nullo nixus teſtimonio.

nus innotuit LUCIUS quidam ACILLIUS. [7]) Sextum habeo ANTISTIUM LABEONEM prioribus fere omnibus celebriorem. [8]) Septimum denique numerare licet T. GAIUM cujus plurima ad-

7.) Huius memoriam ſervavit CICERO *De legib.* II. 23. *pag.* 1661. ubi poſt relatam XII. tabularum legem, ſubdit: *Hoc* (ſcilicet *leſſum*) *veteres interpretes S. Aelius, et L. Acillius, non ſatis ſe intelligere dixerunt, ſed ſuſpicari veſtimenti quoddam genus funebris.*

8.) Hunc prae ceteris laudavit GELLIUS *Noct. Atticar.* I, 7. VII, 15. et XIII. 10. *pag.* 587. ubi haec leguntur. *Labeo Antiſtius iuris quidem civilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, et conſulentibus de iure, publice reſponſitavit; ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit: et in Grammaticam ſeſe atque Dialecticam, literaſque antiquiores penetraverat; latinarumque vocum origines rationeſque percalluerat; eaque praecipue ſcientia ad enodandos pleroſque iuris laqueos utebatur. Sunt adeo libri poſt mortem eius editi, qui* POSTERIORES *inſcribuntur; quorum libri tres continui XXXVIII, XXXIX, et XL. pleni ſunt*

adhucdum extant fragmenta. [9.]) Sunt equidem, qui et alios quoſdam in hunc cenſum relatos volunt; ſed ii Hiſtoricos potius, quam commentatores egere. [10.])

id genus rerum ad enarrandam et illuſtrandam linguam latinam conducentium. Conf. lib. XX, 1.

9.) Nempe in Pandectis *lib.* L. *tit. 16. de verbor. ſignificat.* ſex leges deinceps poſitas videmus, quarum quaevis, e commentariis eius ad leges XII. tabularum, ſecundum ſeriem ſex librorum deſumta eſt. Unde GAII δωδεκαδέλτου βιβλία ἕξ legimus quoque in Indice Pandectis Florentinis praefixo. Porro ex libro I°. deſumta eſt L. 1. D. *de Orig. iur.* L. 18. L. 22. D. *de in ius voc.* L. 233. D. *de V. S.* Ex libro II°. L. 234. *eod.* Ex libro III°. L. 48. D. *de pactis* L. 43. *ad L. Iuliam de adulter.* L. 235. *de V. S.* Ex libro IV°. L. 13. D. *fin regund.* L. 9. *de incend. ruin. naufr.* L. 4. D. *de collation.* L. 236. D. *de V. S.* Ex libro V°. L. 237. *eod.* Ex libro VI°. L. 19. D. *de uſuris.* L. 3. D. *de litig.* L. 238. D. *de V. S.* Sane his fragmentis et nos in curſu tractationis noſtrae, quandoque licebit, utemur.

10.) Huc ſpectant S. POMPEIUS FESTUS,

§. IX.

Ius in XII. tabulis triplex fuiſſe monetur.

Vidimus hactenus duodecim tabularum originem; vidimus progreſſum; vidimus denique fata. Nunc id exequi oportet, quod hiſce tabulis comprehenſum fuiſſe, ex reliquis eorum fragmentis innotuit. Rem eleganter declarat LIVIUS, quum tabulas has, in immenſo legum cumulo, fontem ait fuiſſe omnis publici privatique iuris. [1.] Clarius tamen AUSONIUS: [2.]

Ius

et CICERO, quos in commentatorum numerum relatos volebat RITTERSHUSIUS *Comm. ad leg.* XII. *tab. cap.* VI. *pag.* 14. Paullo melius M. PORCIUM CATONEM ad leges XII. tabularum illuſtrandas operam adhibuiſſe obſervarat FRANC. BALDUINUS *Comm. ad leg.* XII. *tab. pag.* 105.

1.) *Hiſt. Rom.* III. 34. *pag.* 323.

2.) *Edyll.* XI, *ver.* 61.

*Ius triplex, tabulae, quod ter ſanxe-
re quaternae.
Sacrum, privatum, & populi commu-
ne quod uſquam eſt.*

Unde, ius iſtud triplex ita diſpeſcunt Eruditi, ut octo prioribus tabulis, ius privatum; nonae, ius publicum; decimae, ſacrum tribuant.[3] Ex quo patet, undecimam atque duodecimam tabulam, quoniam prioribus ſupplendis confectae fuerant, miſcellanea continuiſſe. Haec quidem veluti per ſaturam dicta. At, ſequentium opu

C 3 ſcu-

3.) Recte equidem Decemviri publica, privata, ac ſacra iura diſcrevere, ne qua confuſio oriretur. Id adeo in ipſis olim Regiis legibus obſervatum fuerat: quo procul dubio ſpectant illa HORATII *De arte Poët. ver 397.*

*- - Fuit haec ſapientia quondam
Publica privatis ſecernere, ſacra profanis;
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis:
Oppida moliri leges incidere ligno.*

ſculorum gratia, ſingularum quoque tabularum ſumma capita perſtringenda ſunt. Utar hac in re elegantiſſimo illo ordine, [4.] quem a celeberrimo viro IAC. GOTHOFREDO, conſtitutum fuiſſe, merito gaudeat Eruditorum Reſpublica.

§. X.

4.) Duo enim praecipui ordines ſunt, quibus XII. legum tabulae collocantur. Alter FRANC. HOTTOMANNI eſt, qui Auſonium ſecutus, primis tabulis ius ſacrum; ſequentibus ius publicum; poſtremis demum ius privatum attribuit. Alterum autem ordinem IAC. GOTHOFREDUS adinvenit; multiſque veterum ſcriptorum teſtimoniis nixus, ipſam nobis veterem tabularum ſeriem, quantum per probabiles coniecturas licuit, feliciter reſtituit. Prima ſtatim tabula (ut alias praeteream) vide quam eleganter ex illo CICERONIS *De legib.* II, 23. comprobetur! *A parvis enim Quinte didicimus*, SI IN IUS VOCAT, *atque alias eiuſmodi leges nominare.* Quaſi diceret: a parvis didicimus, leges XII. tabularum, quarum initium eſt *ſi in ius vocat*, nominare. Enim

§. X.

ITaque ex laudati auctoris opinione rationem inſtituendi agitandique iudicii tradebat prima tabula. [1.]) Secunda continebat cauſas iudicii prorogandi, iudicium arborum furtim caeſarum, & rationem perſequendorum furum [2.]) Tertia complectebatur rem uſurariam, auctoritatem executionemque

Singularum tabularum ſumma capita exponuntur.

****

vero familiare Tullio fuiſſe, ſuos aliorumque libros, a primis vocibus nominare, erudite oſtendit PAUL. MERULA *De leg. Rom.* XXI, 2. *pag.* 222. Hinc quoque Menalcas apud VIRGILIUM *Bucol.* V. *ver.* 85.

Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.
Haec nos, FORMOSUM CORYDON ARDEBAT ALEXIN
Haec eadem docuit, CUIUM PECUS? AN MELIBOEI?

1.) Huius tabulae legibus, commentarium fecimus, Tentamine II.

2.) Vide explicationem legis Decemviralis, de actione furti nec manifeſti, in *Tent.* III. *cap,* 1.

que rei iudicatae, et depoſiti iudicium. [3.] Quarta definiebat ius parentum in liberos, ius emancipationis, et legitima tempora quibus iuſti liberi naſcerentur. Quinta ſtatuebat iura teſtamentorum et ſucceſſiones ab inteſtato, et hereditatis diviſiones et iura tutelarum. Sexta exhibebat venditiones et uſucapiones, atque tignorum in alieno inductorum, repudiorumque iura. [4.] Septima, primum de damno a quadrupedibus illato, [5.] tum de ceteris iniuriis acceptis decernebat; inde vero pergebat ad varia deli-

3.) Vide explicationem legis Decemviralis, de actione depoſiti, in *Tent.* III. *cap.* 2.

4.) Vide explicationem legis Decemviralis, de actione tigni iuncti, in *Tent.* III. *cap*, 3.

5.) Vide explicationem legis Decemviralis, de actione noxali, de pauperie quadrupedum et paſtu, in *Tent.* III. *cap.* 5.

delicta, puta: veneficia, falſa teſtimonia, parricidia, nec non tutorum quoque ac patronorum fraudes. [6.]) Octava conſtituebat iura praediorum urbanorum ac ruſticorum, et iudicium aquae pluviae arcéndae finiumque regundorum. Nona fons erat iuris publici, deque privilegiis irrogandis, coetibus nocturnis tollendis, ſeditioſis puniendis, iudices inſtruebat, redeunteſque in fidem Populi Romani, ſiquidem antea deſciviſſent, recipiendos eſſe iubebat; poſtremo (ut alia praeteream) iudicem pecunia corruptum capite mulctabat; civis vero Romani iudicium capitis, nonniſi comitiis centuriatis fieri permittebat. Decima comprehendebat iura ceri-

[6.]) Vide explicationem legis Decemviralis, de actione, de diſtrahendis rationibus, in *Tent.* III. *cap.* 4.

moniarum & iuſiurandum. Undecima, de iure connubiorum, de ſacris deteſtandis, deque vi poſtremarum legum ſtatuebat. Duodecima, de pignore aliquid attingebat, et de calumnioſo ac falſo iudicio, deque ſervo, ſi furtum fecerit noxae nomine tradendo. 7.) Haec ſumma capita, praeeunte in primis CL. GRAVINA ex ipſis tabulis excerpſimus; quorum fragmenta ipſa, ſi cui inſpicere libet, auctores conſulat oportet, qui ad XII. tabulas, data opera, commentati ſunt. Eos adeo mox referemus.

§. XI.

Recentiores quidam Com-

AC laudabimus quidem iſthic, eos potiſſimum, qui ſeculis XVI. et

7.) Vide explicationem legis Decemviralis, de actione noxali ob furtum ſervi, damnumve ab eo datum, in *Tent.* III. *cap*, 6.

Digitized by Google

et XVII. colligendis reſtituendiſque *mentatores laudantur.* XII. tabularum legibus operam dedere. Neque vero omnes in hunc cenſum venient; ſed ii ſolum, quibus, ut ita loquar cum Poëta [1.])

> - - - *arte benigna*
> *Et meliore luto finxit praecordia*
> *Titan.*

Ex his primus, (quia antiquior) occurrit AYM. RIVALLIUS. [2.]) Hunc excipiunt IOAN. OLDENDORPIUS, [3.]) et FRANC. BALDUINUS. [4.]) Tum RICARD. VITUS, [5.]) PARD. PRATEIUS, [6.]) et

1.) IUVENALIS *Satir.* XIV, *ver.* 35.
2.) *Hiſt. Iur. Rom.* II. *Mogunt.* 1509.
3.) *Comment. in leg. XII. tabul.* Extat in Eiusdem *Var. Lectionib. Lugd. Bat.* 1546.
4.) *Notae ad leg. XII. tabul. Attreb.* 1598.
5.) *Comment. ad leg. Reg. & XII. tabul. Pariſ.* 1603.
6.) *Iuriſprud. Vet. Drac. et Solon. collat. cum Rom. iur. Lugd. Bat.* 1559.

et ANT. CLAR. SYLVIUS. 7.) Laudem quoque praecipuam merentur, quos promiſcue nominamus FRANC. HOTOMANNUS, 8.) IUST. LIPSIUS, 9.) LUD. CHARONDAS, 10.) IAN. VINC. GRAVINA, 11.) IOH. ROSINUS, 12.) ANT. CONTIUS, 13.) PAUL. MERULA, 14.) IAC. RAEVARDUS, 15.) RICH. BASINSTOCHIUS, 16.) IOH. CRISPINUS, ANT:

7.) *De legib. Popul. Rom. Baſil.* 1575.

8.) *Antiquit. Romanar.* III. *Edit. apud Ioh. Vignon.* 1700.

9.) *De legib. Reg. et Decemv.* Extat *tom.* IV. *Oper. Antwerp. 1637.*

10.) *Tractat. Tractatuum Pariſ. 1555.*

11.) *Orig. iur. civil.* II. *Lipſ. 1717.*

12.) *Antiquit. Roman.* VIII. *Traiect. 1701.*

13.) *Collectio leg.* XII. *tabul.* Extat cum Eiusdem *Lection. ſubciſiv. Francof. 1607.*

14.) *Oper. Poſthum.* III. *Lugd. Bat.* 1684.

15.) *Comment. de leg.* XII. *tabul. Helmſt.* 1662.

16.) *Ad leg. Decemvir.* & *in* XII. *tabul. Arras.*, 1597.

17.) ANT. CABREROS, 18.) GVIT. RATEVS, 19.) THEOD. MARCILIVS, 20.) CONR. RITTERSHVSIVS, 21.) MART. SCHIKARDIVS, 22.) FRANC. PITHOEVS, 23.) et qui ceteris omnibus palmam praeripuiſſe videtur IAC. GOTHOFREDVS. 24.)

§. XII.

17.) *Fragment.* XII. *tabul.* Extant cum *Init. Iur. civ. Lugd. Bat.* 1597.

18.) *Interpret. ad Iureconſult. Gaium* I. *Madrid.* 1638.

19.) *De legib.* XII. *tabul. Pariſ.* 1600.

20.) *Collect. et interpretament. ad leg.* XII. *tabul. Pariſ.* 1603.

21.) *Dodecadeltos*, *ſeu Comment. nov. in* XII. *tabul. leg. Argentor.* 1659.

22.) *Comment. ad fragment* XII. *tabul. Herborn.* 1615.

23.) *Comment. ad leg. Decemviral. Pariſ.* 1586.

24.) In *IV. Font. iur. civ.* et extat noviſſime in *Everh. Ottonis Theſ. iur. Rom. tom.* IV. Hic Vir doctiſſimus, abſtruſa eruditione, ſelectaque ſcientia iuris, iudiciique integritate, ſecundus certe a Cuiacio Iure conſul-

§. XII.

Leges XII. tabularum a reprehenſionibus vindicantur; tum Auctorum encomia referuntur.

HActenus adcommodata altero ac tertio tentamini legum XII. tabularum hiſtoria. Superſunt equidem quae ſcribam; ſed parco ſciens, vel maxime, ob rationes in limine opuſculi indicatas. Ceterum, illud ſilentio premere nefas fuerit, leges noſtras, quantumvis alii in his brevitatem reprehendant; 1.) alii obſcurita-

tus, inſtar omnium eſto! Nemo tanto iudicio digeſſit lucubrationes ſuas, idoneiſque identidem documentis firmavit. Nemo feliciore ſucceſſu diſcernere valuit, quid in his ſincerum, quid ſuſpectum foret aut ſuperfluum. Nemo certius de ſerie XII. tabularum pronunciavit.

1.) Haec reprehenſio prae ceteris iniqua videtur, quandoquidem iuſta brevitate nihil certe elegantius, nihil utilius. Ipſi adeo diſceptantes, Favorinus & Caecilius apud GELLIUM XX, 1. in eo conveniunt: fuiſſe has leges *eleganti atque abſoluta brevi-*

ritatem; [2.]) alii denique iniquitatem [3.]) criminentur; nihilo ſecius, ipſis adeo Graecorum legibus praeſtantiores fuiſſe, ut id DIONYSIUS HALICARNASSEUS, dulcis velut patriae

---

tate perſcriptas, probantque idipſum atque admirantur. Conſ. DIOD. SICULUS *Biblioth. Hiſtor.* XII. *pag.* 87. Equidem concinna haec brevitas, deinceps ſemel atque iterum nobis argumento erit, ad coniecturas quasdam ſulciendas. Vid. *Tent.* III. *cap.* I. *not.* 8.) et ibid. *cap.* V.

2.) Vide laudatam diſceptationem apud GELLIUM *loc. cit.* Vellem tamen, qui Gellium hoc loco perlegit, ſimul MERÇERIUM *Opinion* II, 3. conferat.

3.) Videatur QUINCTILIANUS *Inſtit. Orat.* VI. *pag.* 224. *Edit. Lugd. Bat.* 1665. itemque TERTULLIANUS in *Apolog.* IV. *pag.* 10. *Edit. Rhotomag.* 1662. Sed his omnibus ad amuſſim reſpondit CORN. BYNCKERSHOEKIUS *Obſerv. iur.* I, 1. ubi has leges, praeſertim ob conceſſam, (ut quidem credebatur) debitorum ſectionem, tam ſolide atque eleganter liberavit, ut omnium Eruditorum applauſum meruerit.

triae oblitus, ingenue fateri cogatur. [4] Porro, haut vulgarem iis laudem tribuit Politicorum Princeps, quum has leges vocat finem aequi iuris. [5] Commendat eas itidem IVSTINIANVS Imperator, tum ab antiquitate, tum etiam ab utilitate et admirabili ſimplicitate. [6] At enim, quid hos commemoro? Sufficiunt opi-

[4]) *Hiſtor.* XI, *pag.* 689. ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ῥωμαϊκῶν νόμων, οὓς ἐν ταῖς δώδεκα δέλτοις ἀναγεγραμμένους εὕρομεν, ὥστε μηδένα ποιήσασθαι λόγον ἥρμοττεν, ὅτε σεμνῶν ὄντων, καὶ τοσαύτην ἐχόντων διαφορὰν παρὰ τὰς Ἑλληνικὰς νομοθεσίας. *Sed de Romanis legibus, quas in duodecim tabulis ſcriptas invenimus, neque ullam facere mentionem decebat, quum adeo ſint venerandae, & adeo excellant, ut Graecis legibus longe ſint praeſtantiores.*

[5]) *Annal.* III, 27. *pag.* 406 *Edit. in uſum Delph. Pariſ.* 1682.

[6]) Vide *Novell.* XXII, 2. §. 3. *Inſt. de legit. agn. ſucceſſ.* et L. 14. C. *de legit. hered.* Patebit ex his, quid de illis ſentiendum,

opinor, notiſſimae Romani Oratoris, de his tabulis laudes. Iam enim ſe *tabulas* (ait) *admirari; nec rerum* D *ſo-*

---

qui putant leges XII. tabularum ab Iuſtiniano per contemptum vocari *antiquas fabulas*, in *proemio Inſt.* et *iteratas fabulas*, in L. 1. §. 1. C. *de ann. except.* & *antiquae ſubtilitatis ludibria* in L. *un.* C. *de nud. iur. Quirit. toll.* Nam qua ratione ius antiquum, vel etiam XII. tabulas, antiquas fabulas appellaverit Imperator, probe explicatum dedit THEOPHILUS ad illa verba in *Proem. Inſt.* §. 3. *ut liceat vobis prima legum cunabula, non ab antiquis fabulis diſcere, ſed ab Imperiali ſplendore appetere.* Sic enim commentatur: τὰ γὰρ πάλαι μὲν κρατήσαντα νῦν δὲ τῆς χρήσεως ἐκβεβλυμένα ἀναγιγνώσκοντες, ἐοίκασι τοῖς ἐντυγχάνουσι μύθοις. *Nam qui ea legunt, quae olim obtinebant, et nunc ab uſu reiecta ſunt, ſimiles videntur his, qui in fabulas incidere.* Porro per iteratas fabulas, *repetitas tabularum artes et calumnias*; per antiquae ſubtilitatis ludibria, *mediam iuriſprudentiam* rectius intelligi demonſtrarunt CONR. RITTERSHUSIUS *Comm. nov. ad XII. tab. cap.* V. *pag.* 8. STRUVIUS *Hiſt. iur. Rom.* I, 8: *pag.* 29. aliique poſt hos paſſim.

ſolum, ſed et verborum elegantiam. 7.) Iam vero non dubitat affirmare: *totam civilem ſcientiam, deſcriptis omnibus civitatis utilitatibus ac partibus, duodecim tabulis contineri.* 8.) Quin etiam, Craſſum ita loquentem inducit: *Fremant omnes licet, dicam quod ſentio: bibliothecas mehercule omnium Philoſophorum, unus mihi videtur duodecim tabularum libellus, ſi quis legum fontes et capita viderit, et auctoritatis pondere, et utilitatis ubertate ſuperare.* 9.) Equidem magnam

7.) *De Republica* IV. Extat apud NONIUM MARCELLUM.

8.) *De Oratore* I, 43. *pag.* 60. *Edit. Oxon.* 1706.

9.) *Ibidem.* Obturbat tamen heic quidquam PET. PETITUS in *Miſcell. Obſervat.* V. *pag.* 264. *Edit. Trai. ad Rhen.* 1682. contenditque, mordacius forſan quam par erat, *hoc Ciceronis elogium, non aliter ab eo fuiſſe prolatum, niſi ut perſonae, quam ibi inducit*

gnam hanc atque oratoriam laudem non liceret per Ciceronem, aureo illo PROPERTII dicto temperare.

Omnia poſt obitum pingit maiora vetuſtas.

D 2 TEN-

---

loquentem, *ſerviret*, *ut iis ſollenne*, *qui dialogos ſcribunt*. Sed ſane, magnam fuiſſe Ciceronis de XII. tabularum legibus exiſtimationem, ſatis ſuperiora loca commonſtrant; et quamvis haec non eſſent, ex ipſa tamen, ſed tota, Craſſi et Antonii diſceptatione facile intelligitur, quadam Tullii induſtria factum eſſe, ut propugnata ab iuris peritiſſimo Craſſo, adverſus Antonium imperitiorem atque adeo oſorem, duodecim tabularum dignitas clarius hac ratione eniteſceret. Quare et in tota diſceptatione, Craſſo primas tributas eſſe partes, nemo niſi qui libellum de Oratore non legit, inficias iverit.

Digitized by Google

TENTAMEN ALTERUM

Digitized by Google

TENTAMEN II.

RECENSENS OBSERVATA QUAEDAM IN CIVILIBUS VETERIS ROMAE IUDICIIS, UBI ADEO PRIMAE TABULAE EX XII. FRAGMENTA OMNIA PRODUCUNTUR.

CONSPECTVS.

§. I. *Inſtituti ratio.*

§. II. *Iudicii definitio et diviſio.*

§. III. *Explicatur lex Decemviralis de in ius vocatione.*

§. IV. *Recenſentur ii, quos Praetor et lex Decemviralis eximios voluerunt.*

§. V. *Limites iuris in peregrinos ex lege Decemvirali.*

§. VI. *Exponitur declinandi iudicii ratio ex lege Decemvirali datis vindicibus.*

§. VII. *Lex Decemviralis de pactis in via.*

§. VIII. *De editione et poſtulatione actionis.*

§. IX. *Docentur quaedam haut vulgaria de vadimonio et comperendinatione.*
§. X. *De vadimonio deſerto, et quae reum, quae actorem poena manſerit.*
§. XI. *De ſecunda actionis editione.*
§. XII. *De iudicis oblatione, datione, et ſacramento in leges praeſtito.*
§. XIII. *De arbitris et recuperatoribus.*
§. XIV. *De Centumviris.*
§. XV. *De Decemviris ſtlitibus iudicandis.*
§. XVI. *De eremodicio et abſentia legitima, deque cauſae orandae ratione.*
§. XVII. *Quaedam de ſententia iudicis.*
§. XVIII. *Indicantur ea quae dictam ſententiam ſequebantur.*

§. I.

Inſtituti ratio.

ACturus de ritibus quibusdam, quos in exercendis iudiciis civilibus, Romae olim adhibitos legimus, ea vel maxime tempora reſpicio, quibus diſcrimen illud *ordinaria* inter ac *extraordinaria* iudicia non-

dum

dum erat cognitum. [1.]) Equidem non poteram antiquiſſimam hanc iudiciorum rationem non amplecti, quando nihil fore adcommodatius arbitrabar, atque exhibitam priori tentamine XII. tabularum hiſtoriam, ſtatim commentario quodam in primam harum, quae de iudiciis eſt, excipi; quo, cum fragmenta quae ibi extant omnia proferrentur, tum vero ſimul iudiciorum ratio innoteſceret. De fragmentis legum porro illud monendum: ea ad modum IAC. GOTHOFREDI fuiſſe iſthic exhibita; non FVL. VRSINI, PAUL. MERULAE; IOH. FUNCCII aliorumque more. Namque

D 5 hi

1.) Id diſcrimen a tempore Alexandri Severi, quantum ad publica iudicia attinet, in uſu eſſe deſiit. Sed civilia iudicia, demum Iuſtiniani aevo mutata ſunt. Vid. CAR. BRETTUS *De iudic.* in *Theſ. Sallengr. tom.* II. *pag.* 1662.

hi doctiſſimi viri, ſingula verba ad vetuſtiſſimam ſcribendi rationem ſtudioſiſſime revocantes, mihi quidem nonnunquam ultra XII. tabularum aetatem, cum ſua iſta ſcriptura, progredi videbantur. Ceterum ut fit, quum rem arduam ſane multiſque tenebris involutam, cuiuſmodi eſt vetus illa iudiciorum ratio, ex ipſis veteribus auctoribus, (vel maxime ex CICERONE) identidem ſeduloque inſpectis, non coeca exſcribentium fide ſecurus, repetendam conſtituiſſem; factum eſt uti corrigenda partim, partim refellenda quaedam ſeſe obtulerint. Attamen, illud nunquam praetermiſi, quin ea modeſtia, quae aetatem decent ad lapſum pronam, iiſque uterer argumentis, quibus facile quiſquis eſt intellecturus, non me adverſandi ſtudio ſed veritatis amore ab aſſenſu viris quibusdam doctiſſi-

ctiſſimis praebendo, prohibitum fuiſſe. Univerſum denique iudiciorum ordinem non ſumus complexi; ſed obſervata quaedam duntaxat: tum quia tempus deficiebat properantem; tum etiam, quod quae hic non attingimus, viderentur parum e re noſtra fore. Ac proinde cum Poëta: [2]

Quamvis materiae tanta abundet copia,
Labori faber ut deſit, non fabro labor,
Brevitati noſtrae ut praemium reddas
peto.

§. II.

IGitur quoniam auctore CICERONE [1] *omnis ſuſcepta inſtitutio debet a definitione proficiſci, ut intelligatur, quid ſit id de quo diſputetur,* iudi- *Iudicii definitio et diviſio.*

[2] PHAEDRUS in libri IV. epilogo *ver. 6.*
[1] *De officiis* I, 2. *pag.* 10. *Edit. Amſt.* 1710. *cur. Graevio.*

iudicium definimus: *litigantium apud iudicem, vel coram iudice, de controverſia quadam, ſolemnis inſtitutâ diſceptatio, litis finiendae gratia.* 2.) Hinc quum ius omne, quo utimur, vel privatorum vel publicam reſpiciat utilitatem, conſequens eſt, ipſa adeo iudicia, quibus diverſa haec iura perſequimur, in privata et publica diſpeſci. 3.) Ac privatum quidem ſeu poti-

2.) Sic fere BRETTUS *loc. cit.* Paullo tamen aliter SIGONIUS *De iudic.* I, I. *pag.* 1688. in *Theſ. Graev. tom.* II. Certe, *iudicii finis*, in quavis definitione, *ius eſt; ex quo etiam iudicii nomen.* Verba ſunt CICERONIS *Topic.* XXIV. *pag.* 783. *Edit. cur. Iſaac. Werburg.* 1724.

3.) Vid. L. I. D. *de publ. iud.* L. 13. C. *eod.* Neque aliter Graeci δίκας, id eſt actiones (vel, ſi mavis, iudicia) in κατηγορίας, nomine praecipuo, et δίκας, communi vocabulo, diſtinxere. Vid. ISOCRATES *Orat. de bigis pag.* 347. *Edit. Henr. Steph.* 1593.

potius *civile* iudicium dicitur quum is qui agit, poſtulat id de quo queritur ſibi adiudicari. Sed *publicum* apellatur quum aut ipſe populus, aut certe accuſator quidam totius populi nomine iudicium inſtituit, eo fine, ut crimen rei publica animadverſione coërceatur. 4.) Civilium demum iudiciorum ritus quosdam iſthic exhibere animus eſt: idque veluti per ſaturam. Itaque conſulto hic prae-

Quin etiam Hebraeis eandem diviſionem fuiſſe notat. BRETTUS *loc. cit.*

4.) Vid. L. 9. §. 5. D. *de publ. vect.* Porro eleganter in hanc rem TULLIUS pro *Caecina* II. *pag.* 1590. *Omnia iudicia, aut diſtrahendarum controverſiarum aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt: quorum alterum levius eſt propterea, quod et minus laedit, et perſaepe diſceptatore domeſtico diiudicatur: alterum eſt vehementiſſimum, quod et ad graviores res pertinet, et non honorariam operam amici, ſed ſeveritatem iudicis ac vim requirit.*

praetereo, quae de variis Populi Romani iudicibus, [5.]) deque tempore

5.) Scilicet notiſſimum eſt Reges olim iudicaſſe, de quibus DION. HALICARNASSEUS X, 1. et LIVIUS I, 12. *pag.* 95. ubi Tanaquilem pro Servio Tulio, in haec verba populo ſpondentem facit: *Eum* (nempe *Serv. Tull.*) *iura redditurum, obiturumque alia Regis munia.* Exactis autem Regibus, iudicandi munus penes Senatores fuit, ad uſque Grachi tempora. Is ſenatui vehementer infenſus, iudicia a ſenatorio ad equeſtrem tranſtulit ordinem, teſte APPIANO *De bel. civ.* I. *pag.* 371. *Ed t. Henr. Steph.* 1592. Unde multa de Equitibus iudicibus CICERO *Act. in Verrem* II, 13. *pag.* 1075. et pro *Fonteio* VIII, *pag.* 1576. Verum non diu duravit Equitum iurisdictio: ſiquidem victoria Syllae erepta iis eſt, et Senatoribus reſtituta. Hos ſecuti conſules: de quibus LIVIUS II, et DIONYSIUS X. ac tandem Praetores, et Aediles, teſte POMPONIO in L. 2. D. *de Orig. iur.* et GELLIO XIII, 14. Poſt autem, ubi res omnes ſub unius Imperatoris arbitrium cecidiſſent, ipſe non raro Caeſar, gravioribus controverſiis intereſſe, aut etiam praeſſe ſolebat.

pore [6] ac loco [7] iudiciorum dici

Enimvero SUETONIUS de *Auguſto* XXXIII. *pag.* 169. *Edit. Trai. ad Rhen. cura Sam. Pitiſci* 1703. in hunc modum. *Ipſe ius dixit aſſidue, et in noctem nonnunquam. Si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans.* De Tiberio ſimile quid notat TACITUS *Annal.* III, 15. Neque huic muneri, poſterioribus etiam temporibus, Gratianum, Valentinianum ac Theodoſium Impp. defuiſſe, teſtatur SYMMACHUS in plurimis ad hoſce Impp. datis epiſtolis, quas iam recenſere longum foret.

6.) Huc revocanda lex ab A. GELLIO XVII, 2. *pag.* 750. relata ex XII. tabulis in haec verba: ANTE. MERIDIEM. CAUSSAM. CONSCITO. QUOM. PERORANT. AMBO. PRAESENTES. POST. MERIDIEM. PRAESENTI. STLITEM. ADDEICITO. SOL. OCCASUS. SUPREMA. TEMPESTAS. ESTO. Hinc exiſtimavere nonnulli, tota olim die ius redditum. Equidem hora tertia a ſolis ortu cauſidicis initium fecerat; quo pertinet illud MARTIALIS *Epigr.* IV, 8. *ver.* 1.

Prima ſalutantes atque altera continet hora;
Exercet raucos tertia cauſidicos.

7.) De loco iudiciorum videatur SIGO-

ci poſſent. Communia enim haec ſunt privatis aeque ac publicis iudiciis; at nos iſthic ea ſolum, quae privatis iudiciis in urbe [8.]) propria fuere, occaſione legum Decemviralium in tabula prima, expoſituri ſumus.

§. III.

Explicatur lex Decemviralis de in ius vocatione.

OCcurrit ſtatim, decantata illa in veterum ſcriptis, *in ius vocandi* ratio: ſiquidem eam iudiciis publicis haud arbitror fuiſſe propriam. [1.]) Quis enim

NIUS *de iudic.* I, 7. *pag.* 1694. in *Theſ. Graev. tom.* II. & CAR. BRETTUS *de iud. civ.* V. *pag.* 1068. in *Theſ. Sallengren. tom.* II.

8.) In Provinciis municipiis & oppidis, paullo alia ratio: quam perſtringit BRETTUS X. et ſeqq. a *pag.* 1078.

1.) Sane IUSTINIANUS in *pr. Inſt. de publ. iud.* ſequentia docuit: *Publica iudicia* NEQUE PER ACTIONES ORDINANTUR,

enim neſciat, in his, die accuſationis
E dicta

****

NEQUE OMNINO QUIDQUAM SIMILE HABENT CUM CETERIS IUDICIIS, *de quibus lo uti ſumus: magnaque div:rſitas eorum eſt*, *in* INSTITUENDO *et* EXERCENDO. Tuam fidem Lector! an deeſt perſpicuitatis quidpiam huic textui? Immo vero planus ac perſpicuus eſt, ut ſi quis alius. Non aſſentior itaque Celeb. HEINECCIO, qui licet ipſa haec verba referat in Antiquit. Rom. IV, 18. pag. 298. ſubinde tamen (*pag.* 310.) ſcripſit docuitque: *publica iudicia, etiam ab in ius vocatione incepiſſe*; id quod confirmat L. 8. D. *de acuſ.* in qua quidem, et toto illo titulo, ne verbulum quidem quod eam rem indicaret, reperire eſt. Quid igitur conſilii, quo minus doctiſſimi Viri fama ſugilletur? Dicam equidem de Heineccii lucubrationibus, quod de ſuis pulchre MARTIALIS *Epigr.* II, 8. *ver.* 3.

Non meus eſt error, nocuit librarius illis.

Porro, ſi dicere fas eſt, nihil agit HIER. GUNDLINGIUS, quum in *diſſert. de commento viol. in ius vocat.* in *Gundlingian.* XXV, 2. *pag.* 404. probare conatur, violentam in ius vocationem, in publicis ſaltem iudi-

dicta, [2.]) Praeconis voce reum advocari

ciis locum habuiſſe. Namque ut taceam et locum Iuſtiniani mox laudatum, et quosdam lucè meridiana clariores verſus Horatii, Plauti ac Terentii, quos ſparſim iſthic laudatos invenies; nae ille tamen vehementer errat, qui ex ipſis adeo Gundlingii verbis, non leve pondus noſtrae opinioni adiectum eſſe inficiatur: quippe in §. VIII. *pag.* 414. haec leguntur: *Quod vero ad Plauti itemque Terentii decantata loca attinet ea vix ſtringunt: - - Levis quippe operae foret, oſtendere, de furibus et facinoroſis loqui omnes, quos raptatos, tractos et male mulctatos nemo inficiatur.* Papae! quam haec bellè in noſtram ſententiam. Lenones enim et fures (intellige fures *nec manifeſtos*, nam manifeſti i. e. illi, qui in ipſo furto deprehenduntur, utique *repente obviam fieri* nequeunt, ceu eſt apud HORATIUM I, 9. *ver.* 74.) lenones inquam et fures, de quibus non dubium eſt plerumque loqui comicos, civilibus olim actionibus conventos fuiſſe omnes Eruditi norunt. Sane, legis XII. tab. de furti actione civili, explicationem, ipſe ſum daturus infra *Tent.* III, 1.

2.) Vid. SIGONIUS *de iud.* III, 7. *pag.* 1802.

vocari ſolitum. 3.) Sed iam ritum videamus. Licebat actori adverſarium in publico obvium, 4.) niſi uterque per domeſticos diſceptatores prius rem componere maluiſſet, 5.) experiun-

E 2

3.) Vid. SIGONIUS III, 8. *pag.* 1083. Conf. L. 7. D. *de in integr. reſt.* L. 73. *de iud.* L. 10. *de publ. iud.*

4.) Dixi in publico obvium: quoniam nefas putabatur, quemquam de domo ſua, ceu tutiſſimum cuique refugium, in ius rapere. Teſtis eſt GAIUS in L. 18. et 20. D. *de in ius vocat.* Certe ſi adverſarius citatus, ſui copiam non faceret, acturus in eius bona mitti ſolebat, poſt triceſimum diem diſtrahenda. L. 19. *cod.* CUIACIUS *Obſerv.* X, 10.

5.) Tentaſſe prius actorem, an res intra privatos parietes, domeſticorum diſceptatorum opera, componi poſſit, quam in ius vocaret, teſtes ſunt LIVIUS IV, 9. et CICERO pro *Quinctio* V, 11. pro *Caecina* II. Pulchrum iſthoc Romanorum inſtitutum, Graecis, niſi fallor, debet originem; eodem enim more dudum utebantur, ceu liquet

riundi iuris ſui cauſa, elata voce in ius vocare: et ita quidem ut ſi is ſequi detrectaret, denunciato his qui forte aderant teſtimonio, (quod *anteſtari* [6.]) dicebatur,) violentas ei ma-

ex PLATONE *De legib.* XII. *pag.* 801. *Edit. Henr. Steph.* 1578.

[6.]) Anteſtationis hic ritus. Auriculam imam forte adſtantis attingebat actor, adverſario obviam factus; rogans liceretne anteſtari? Quod ſi qui adſtabat annuiſſet, iubebat actor, adverſarium in ius ſequi, detrectantemque, iniectis manibus ad Praetorem rapiebat. Quam rem, lepide omnino, obvio cuidam loquaci accidiſſe narrat HORATIUS *Serm.* I, 9. *ver.* 74.

- - - - - - - *Caſu venit obvius illi*
Adverſarius; et, quo tu turpiſſime? magna
Inclamat voce; et, LICET ANTESTARI?
Ego vero
Oppono auriculam. Rapit in ius. Clamor utrinque.
Undique concurſus.

Conf. PLAUTUS *Curcul.* V, 3. *ver.* 17. *Perſ.* IV, 9. *ver.* 8. Auriculam porro denunci-

manus iniicere, quinimmo, obtorto collo pugniſve in ventrem ingeſtis in ius rapere, haut nefas putaretur. [7.] Quo ſpectat lex Decemviralis in tabula prima, quam IAC. GOTHOFREDUS [8.] optime de his legibus meritus, in hunc fere modum repraeſentat.

SEI. IN. IUS. VOCAT. ATQUE. EAT. [9.]

 NI.

antes teſtimonium, ideo tangebant, quod eam veteres memoriae ſedem putavere. Vid. PLINIUS *Hiſt. nat.* XI, 103.

7.) Hinc illa apud PLAUTUM *Poenul.* III, 5. *ver.* 44.

Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucem,
Priusquam obtorto collo ad Praetorem trahor.

Eadem leguntur in *Rudent.* III, 6. *ver.* 15. et 30. TERENTIUS autem in *Phorm.* V, 7. *ver.* 95.

- - - *niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere.*

8.) *Ad LL.* XII. *tab.* in tabula I.

9.) Fragmentum hoc ex CICERONE de *Legib.* III, 15. *pag.* 321. Edit. Robert. Steph.

NI. IT. ANTESTATOR. [10.]) IGITUR. EM. CAPITO. SEI. CALVITUR. PEDEMVE. STRUIT. MANUM. ENDOIACITO. [11.])

Sive,

1538. et item ex GELLIO *Noct. Attic.* XX, 1. *pag.* 863. deſumptum eſt. Notatu digna hoc in fragmento vox *atque;* quae non raro veteribus idem erat ac *illico*, *ſtatim*, *e veſtigio;* cuius rei plurima ſunt, apud PLAUTUM imprimis, exempla, quae collegit PARAEUS in *Lexico Critico.*

10.) Sic legendum arbitror cum LUD. CARRIONE *Emend.* II, 12. quamvis IAC. GOTHOFREDUS, *anteſtamino.* Ceterum quidam exiſtimant, tum demum manum iniecturos anteſtari ſolitos fuiſſe, quum honeſta perſona in ius vocaretur; quo ſcilicet actor ab eo iniuriam abſtinere videretur. Quare turpis vitae hominem, velut lenonem, etiam ſine anteſtatione rapere licuiſſe aiunt; fulciuntque ſententiam quibusdam PLAUTI locis, velut in *Perſ.* IV, 9. *ver.* 8. Sed mihi ſane Plautus, quum Poëtis quidlibet audendi dudum facta ſit aequa poteſtas, iocari potius et contemnere lenonem iis in locis videtur.

11.) Extant haec apud PORPHYRIONEM

Sive ut huius legis παράφρασιν fecit VINC. GRAVINA: [12.]) *Si quis aliquem in ius vocet, vocatus ſtatim ſequitor. Si in ius vocatus non ſequatur, qui in ius vocabit, teſtes ante adhibeto, tumque in ius vocatum ſiſtere ei ius eſto.*

ad *Horatii Satir.* I, 9. *ver.* 76. et FESTUM voce *ſtruere*. Particulam *igitur*, in hoc fragmento, quod attinet, eam veteres pro deinde uſurpaſſe, ſatis notum puto. Illud vero *ſi calvitur*, idem eſt ac *ſi moretur* et fruſtretur, teſte GAIO in L. 233. D. *de* V. S. Porro verba illa ſequentia: *pedemve ſtruit*, plerique explicant per verbum fugit; auctoritate FESTI et SERV. SULPICII. Verum videtur id GRAVINAE duriuſculum, & remotum ſatis a nativa huius verbi ſignificatione. Suſpicatur itaque in Feſti loco ineſſe mendum, ac pro fugit, legendum eſſe *ſigit*, ſive *reſiſtat*, *repugnet*. Vid. Eius *Orig. iur. civ.* II, 65. *pag.* 228. Equidem hanc Gravinae coniecturam, curioſius ſcrutari liceret, ſi iam id ageremus.

12.) *Orig. Iur. Civ.* II. *pag.* 273. *Edit. Lipſ.* 1717.

eſto. Si et tum in ius vocatus moretur, fruſtretur, fugamve adornet, manum ei iniicere ius eſto. En autem elegantiſſimum LUCILII fragmentum, quo noſtrae huius legis ſummam belliſſima imitatione expreſſerat.

Sei non it, capito inquit eum, et ſi calvitur endo
Ferto manum. [13.])

§. IV.

13.) Extat apud NONIUM I. 20. *pag.* 486. *apud Ioan. Vignon* 1522. At vero, magna huic fragmento labes, in dicta edit one inſidet; ſiquidem ita ſcriptum: *Si non it capito inquit eum, et ſi calvitur ergo fur dominum.* Prodigioſa ſcriptura: quam docti viri iam dudum ſunt odorati; quorum alii *Endo manum*, alii *Fer dominum* ſcribendum, ingenioſe magis, quam vere iudicarunt. Scripſit Lucilius, quod negari non poteſt: *endo ferto manum*, quam emendationem PAULLO MERULAE debemus, in *Ant. Rom. lib. de legib. cap.* XXI. *pag.* 226. Certe, videtur Lucilius, ſimilem verbi compoſitionem affectaſſe, atque adeo pro *manum endo ia-*

§. IV.

Recenſentur ii, quas Praetor et XII. tabulae ab in ius vocatione violenta eximios voluerunt.

VErum enim vero, quum ratio haec in ius vocandi iuſto violentior, quin etiam acerbiſſima Praetori videretur, multaque ſaeva et inhumana quotidie in miſerabiles reos fierent; 1.) non abs re edicto conſti-

E 5 tuit:

cito, quod erat in Duodecim, *endo ferto manum* ſcripſiſſe.

1.) Inveniuntur plurima huiuſmodi apud veteres auctores exempla, quibus referendis vacare iam non licet. Id tamen adnotabo: probari mihi plurimum Atticorum morem; (qui & ſubinde ad Romanos migravit) non ſolebant enim per ſe, aut tanta violentia, reum in ius vocare; ſed per miniſtrum quendam iudiciorum, quem ideo κλητῆρα dicebant. Antiquiſſimis tamen temporibus ipſam hanc in ius vocandi rationem probarunt Graeci. Nam quid aliud indicant illa ARISTOPHANIS in *Veſpis*, *ver.* 895.

Ὦ μιαρὸς οὗτος ὡς δὲ καὶ κλέπτον βλέπει
Οἷον σεσηρὼς ἐξαπατήσειν μ᾽ οἴεται.

tuit: ut ne quis *parentem*, *patronum*, *patronam*, *liberos*, aut etiam *parentes* ipſius *patroni patronaeve*, niſi impetrata ab eo venia, in ius vocaret. [2]) At in XII. tabulis ab ignominioſa hac in ius vocatione, praeter aegrotum ſenemve, eximium fuiſſe neminem legimus: quippe ſic iubent ſcita Decemviralia.

SEI. MORBUS. AEVITASVE. VITIUM. ESCIT. QUI. IN. IUS. VOCABIT. IUMENTUM.

Sceleſtus ut furaciter torvum videt,
Ut hirrit et renidet, et vult fallere.

Neque aliter LUCIANUS in *Iudic. pag.* 221. *Edit. Amſt.* 1687. ἕπϑ μιαρὲ πρὸς τὸ δικαςήριον, μὴ ἄγχε με. *Sequere ſceleſte in ius. Ne me ſtrangules.*

2.) Meminit huius Edicti ULPIANUS in L. 4. §. I. D. *de in ius voc.* Crediderim, et praeceptores, hoc iure, tacite ſaltem conceſſo fuiſſe donatos: quippe qui parentum

TUM. DATO. SEI. NOLET. ARCERAM. NE. STERNITO. 3.)

Id

haberentur loco, docente IUVENALI *Sat.* VII. *ver.* 109.

- - *praeceptorem ſancti voluere parentis Eſſe loco.*

3.) Invenio haec apud A. GELLIUM XX, I. *pag.* 865. Confirmabo etiam ultimum legis caput, verbis VARRONIS apud *Non.* in *verb. arcera. Vehebatur* (inquit) *cum actore vehiculo ſenex, et annoſus, cui arceram, ſi non vellet non ſterneret.* Et ita legitur ex reſtitutione *Iac. Gothofredi.* Quam ob rem, ruat oportet, imperioſa RAEVARDI coniectura, qui pro SI. NOLET. legi voluit SI VOLET. *ad* LL. XII. *tabb. cap.* V. *pag.* 23. *Edit. Francof.* 1622. Ceterum, praeter ſenes languidoſque, Iureconſultorum interpretatione, aliae quoque perſonae immunes factae. Matronum ſcilicet reverentiae ac pudori tribuendum eſſe videbatur, ut in ius vocatas nefas eſſet attingere. VAL. MAXIMUS II, I. 5. *pag.* 123. *Edit. Leid. cum notis Torren.* 1726. Eodem porro iure impuberes puellas alieno iuri ſubiectas, gaviſas fuiſſe notaverat GAIUS in L. 22. D. *de in ius vocando.*

Id eſt: *ſi imbecillitas, aut invalentia, aetaſve ſenilis impedimento ſit, quo minus vocatus, in ius ſequatur; qui in ius vocabit, vocato vectabulum, quod adiunctis pecoribus trahetur dato: ſi autem is noluerit, plauſtrum ſternere qui in ius vocabit, non cogitur.* 4.) En! totam antiqui iuris, erga ſenes languidoſque reverentiam; melius rigorem. Quamobrem haut perfectum eſt ſuis omnibus partibus magnificum illud OVIDII NASONIS. 5.)

Magna fuit quondam capitis reverentia cani,
Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat.

§. V.

4.) Ita ex veterum auctoritate verba legum exponit, GRAVINA *Orig. iur. civ.* II, *pag.* 273. quem tranſcribere iam non vacat: nam quae adiicienda erant, ſcholio priori inſeruimus.

5.) *Faſtorum* V, *ver.* 7.

§. V.

Limites iuris in peregrinos, ex lege Decemvirali.

AC iſta quidem ubi Romanum civem, civis quoque Romanus, experiundi iuris ſui cauſa in ius vocaſſet, obſervata fuiſſe animadvertendum eſt. Namque ubi cum peregrino manus erat conſerenda, neque hunc trahi, neque rapi in ius paſſi ſunt Decemviri; ſed diem duntaxat condici voluerunt. 1.) Itaque ſi ſtatus condictuſque dies 2.) cum peregrino fuiſſet, ſive civis peregrinum, ſive

1.) *Condictum eſt, quod in communi eſt dictum* inquit FESTUS *De verb. ſignif.* III *pag.* 92. Porro dies condictus duplex eſt: alter, poſt iudicis poſtulationem et dationem numerabatur, cum uterque litigator ſibi in perendinum diem, ut ad iudicem datum veniret, denunciare ſolebat: alter is eſt, de quo iam dicimus.

2.) *Status dies vocatur, qui iudicii cauſa eſt conſtitutus cum peregrino.* Verba ſunt FESTI XVII, *pag.* 525.

ſive etiam (ceu veriſimile videtur) peregrinus, civem Romanum in ius vocaſſet, ſequi iuſſere duodecim tabulae: in quibus, quoniam ipſa verba vetuſtas invidit, ita forſan ſcriptum credimus cum viris clariſſimis IAC. GOTHOFREDO et VINC. GRAVINA: [3])

SEI. STATUS. CONDICTUS. DIES. INTERCEDAT. CUM. HOSTE. ITO. [4]) Quae verba ſatis plana, interpretatione

3) *Orig. iur. civ.* II, 65. *pag.* 227.

4) *Hoſtem, apud antiquos, peregrinum dictum* notat FESTUS VIII, *pag.* 175. Commodiſſime vero in rem noſtram CICERO *de Officiis* I, 12. *pag.* 45. *Edit. Anſtel. cura Graevii* 1710. *Hoſtis* (inquit) *apud maiores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Indicant duodecim tabulae:* AUT. STATUS. DIES. CUM. HOSTE. Meminere quoque huius legis, obſcurius licet, A. GELLIUS XVI, 4. *pag.* 716. et MACROBIUS *Saturn.* I, 16. *pag.* 265.

tione non egent. Certe eandem hanc legis ſententiam (nam forſan eo reſpexit) ſic PLAUTUS:

Si ſtatus condictus cum hoſte dies
Tamen eſt eundum, quo imperant ingratiis. 5.)

§. VI.

AT ſubinde tamen, inter cives quoque, temperatum fuit ab incivili duriſſimoque more: puta, ſi honeſtior aut certe locuples adverſarius. Namque ſatis tum eſſe ducebant ei diem dicere, quo ſe iudicio ſtiturum promitteret. Sponſio haec, aut promiſſa poena, quam *multam* appellat PLAUTUS; 1.) aut datis vadibus

Exponitur declinandi iudicii ratio, ex lege Decemvirali, datis vindicibus.

5.) *Curcul.* I. 1. *ver.* 5.

1.) *Captiv.* III, 1. *ver.* 34.
His diem dicam: irrogabo multam. -

bus [2.]) vindicibuſque [3.]) firmabatur. At

2.) Vades ſunt ſponſores, qui pro alio ſe obligant, eiuſque ſuſcipiunt cauſam, ac reos ſe pro eo praeſtant, qui in ius vocatur. PORPHYR. et ACRON ad illud Horatii *Serm.* I, 1. *ver.* 11.

Ille datis vadibus, qui rure extractus in urbem eſt.

Aſſerit porro ACRON *loc. cit.* ideo ſponſores hos, vades dictos, quod iis oblatis, reo vadere, id eſt abire liceret. Quo magis clarum eſt, non eſſe audiendos, qui *vades*, pro capitali ſaltem crimine ſpondentes, dictos eſſe voluere: at qui in re nummaria ſpopondiſſent *praedes.* Verum promiſcue his uſos vocabulis Romanos, nemo, niſi in antiquis ſcriptoribus parum verſatus, non intelligit. Unde annuo ſi quis dixerit: vadem, ſponſorem in re capitali *proprie* appellatum: neque adeo reiiciendum puto illud AUSONII *Edyll. carm.* 347. *ver.* 1.

Quis ſubit in poenam capitis? VAS.
Quid ſi lis fuerit nummaria, quis dabitur? PRAES.

3.) *Vindex, ab eo quod vindicat, quo mi-*

At enim vindices non omnes omnibus, ſed pro reorum conditione dari

F oport-

nus is, qui prenſus eſt, ab aliquo teneatur, nomen habet, teſte FESTO XX. *pag.* 593. Quam ob rem minus recte ſcripſerat BOËTHIUS ad *Cicer Top.* II. vindicem eſſe *procuratorem*, a quo aliena cauſa vindicanda ſuſcipitur: non enim procuratoris, ſed ſponſoris partibus vindex ſungebatur, qui reum ad certum tempus iudicio eximebat, ne obtorto collo raperetur. Enimvero vindicis idem plane munus, quod vadis; idemque officium: niſi quod *vades* dicerentur ii tantum vindices, qui reum praeſtabant; *vindicis* vero nomen latius fundebatur: ſiquidem et aſſertorem ſignificat libertatis alienae, et quemvis alium, qui periculum alterius, re, aut perſona ſubiiſſet, aut quid quovis modo liberaſſet. Unde vindex honorum, dignitatis et bonorum dicebatur. THEOD. MARCILIUS ad XII. *tabb.* LL. *cap.* XIX. *pag.* 83. FRANC. BALDUINUS *Comm. ad* LL. XII. *tabb. cap.* XLIV. *pag.* 219. Equidem, dum vindices vadeſque, hoc ſaltem modo, confundi debere contendo, doctiſſimos viros BRISSONIUM,

oportuit: nempe ut locupleti viro locuples daretur vindex; inopi vero quilibet, ſive locuples, ſive inops. Quippe quum difficile videretur, inopi ſponſorem invenire locupletem; ideo, ne miſerrima conditione uteretur, quemlibet ab eo Decemviri, ob inopiam, ſponſorem accepere. Quibus de rebus, has veterum legum reliquias, ab eruditis conquiſitas digeſtaſque, ut ita unum quaſi corpus efficerent, adnectere lubet:

SEI. ENSIET. QUI. IN. IUS. VOCATUM. VINDICIT. MITTITO. 4.) ASSIDUO. VIN-

SIGONIUM atque GRAVINAM, ab erroris inſimulatione, quam ab Celeb. HEINECCIO patiuntur, (in *Ant. Rom.* IV, 6. *pag.* 218.) vindicis inſtar, vindicare mihi videor.

4.) Hoc primum legis caput, ad modum IAC. GOTHOFREDI retulimus. Vide *Epi-*

VINDEX. ASSIDUUS. ESTO. PROLETARIO. QUOI. QUIS. VOLET. VINDEX. ESTO. 5.)

Sive: *ſi ſit aliquis, qui in ius vocatum, vel prenſum defendat, dimittitor. Locupleti, vindex locuples eſto: pauperi, quilibet vindex eſto.*

 §. VII.

---

tom. Fragm. ad XII. *tabb. in tab.* I. Eodem loco, pulcra quaedam de locutione illa, SI. ENSIET. maximi ingenii vir, poſteris antiquitatum cultoribus, reliquit.

5.) Habes hoc totum apud A. GELLIUM XVI, 10. *pag.* 730. Ceterum ſciendum, *aſſiduum* idem eſſe ac divitem. Hinc CICERO *Top.* II. *pag.* 760. *Locuples eſt aſſiduus, ab aſſe dando.* Sed et ita PLAUTUM intelligo *Amphytr.* I, 1. *ver.* 14.

Noctesque dieſque aſſiduo, ſatis ſuperque eſt.

Proletarium porro dixere veteres eum, qui propter inopiam, non re ac cenſu, ſed prole tantum, poſſet augere rem publicam. GELLIUS *loc. cit.* Ceterum *quoi quis*, idem fuiſſe veteribus ac *cuivis*, ſatis notum ex QUINTILIANO *Inſt. Orat.* I, 7.

§. VII.

Lex Decemviralis de pactis in via.

FUerat et alia declinandi iudicii ratio, per pactiones, quae inter actorem et reum, dum ad Praetorem irent, inibantur. 1.) Et vero, de quibus inter litigantes convenerat, illa Magiſtratum rata oportebat habere: 2.) fuitque in duodecim ita cautum.

ENDO. VIA. REM. UTEI. PAGUNT. ORATO. 3.) Hoc

1.) Meminit horum pactorum AUCTOR *Rhetoricorum ad Herennium* II, 13. *pag.* 9. in *Edit. Ciceron. cura Schrevelii Amſtel.* 1661. et PRISCIANUS X. *pag.* 391. *Edit. Baſil.* 1512.

2.) Quin imo, etiamſi iam ad Praetorem vel Iudicem ventum eſſet, hos tamen in primis operam dare debuiſſe, ut litigatores quamprimum ab lite et iurgio abſtinerent, reſque amicabili compoſitione perficeretur, vel ex multum iactato veteri proverbio innoteſcere poteſt: *omnia iudicia eſſe abſolutaria* in §. *ult.* I. *de perp. et temp. act.*

3.) Leguntur haec apud AUCTOREM

Hoc eſt: *quemadmodum litigatores inter ſe, in via pacti fuerint, ita quiſque cauſam agito.* Atque hanc quoque legem ab Romanis ex iure Attico eſſe hauſtam, cum doctiſſimo SAMUELE PETITO tute affirmavero. 4.)

§. VIII.

De Editione et poſtulatione actionis.

IGitur, niſi vindices dati, aut de lite in via tranſactum, aut deni-

F 3 que

Rhetor. ad Herren. loc. ſup. cit. Eſtque inibi ſcriptum *pagunt*, dicebant enim veteres *pago* pro *paciſcor*, ceu docet TERENTIANUS SCAURUS *lib. de Orthographia*, et imprimis QUINCTILIANUS I, 6. *pag.* 73. *Edit. Lugd. Bat.* 1720. *cura Pet. Burmanni.* Ad haec, *orare* veteres dixiſſe pro *cauſam agere*, commodiore loco adnotaturi ſumus. Vide Scholion 10) ad §. XVI.

4.) *Ad leg. Attic.* IV, 2. *pag.* 339. ubi plura DEMOSTHENIS loca, multa cum induſtria collecta invenies.

que fori praeſcriptio reum eximeret, [1.] ſolebat reo, actor, ſimul atque is in iudicio comparuiſſet, actionem, impetrata prius loquendi poteſtate, edere. [2.] Eſt vero, hoc loco, edere aliud nihil, quam adverſarium ad album producere, [3.] eique

---

1.) Haec, quoniam ſerius introducta, et ſatis utique ex Digeſtorum libris nota eſt, nullum ſibi heic locum vindicat.

2.) Quam rem ita PLAUTUS in *Perſa* IV, 9. *ver.* 8.

Age ambula in ius leno. Quid me in ius vocas?
Illic apud praetorem dicam.

3.) Ita LABEO in L. 1. §. 1. D. *de edendo.* Porro quod fuerit album iſtud, de quo hic eſt mentio, multi tradidere, et diverſe. Attamen praeplacet IAC. RAEVARDI opinio, in *Protrib.* IV, *pag.* 885. Exiſtimat nimirum, album hoc loco debere accipi, non quidem pro *albo Edictorum praetoris*, ſed *formularum actionum.* Ipſae videlicet actiones, ſimul atque e Pontificum ſubreptae ſcrinio, publicae quoque ſunt factae, palamque de-

que indigitare, qua legis actione uti placeat. Sed hic nondum ſatis. Edita hoc more actio, poſtulanda erat a Praetore: nimirum petebat actor, uti ſibi liceret in adverſarium intendere. *) Quam quidem rem, non

 pri-

ſcriptae; ut hinc quiſque ſuam inſtrueret actionem, quoties quid in iure perſequi voluiſſet. Unde has formulas *legis actiones*, veteres appellavere. Quo ſpectat illud CICERONIS *Orat. pro Roſc. Comoedo* VIII. *pag.* 250. *Edit. Amſtel. cura Graevii* 1699. *Fraudabat te in ſocietate Roſcius. Sunt iura, ſunt formulae, de omnibus rebus conſtitutae, ne quis aut in genere iniuriae, aut ratione actionis errare poſſit. Expreſſae ſunt enim ex uniuſcuiuſque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicae a Praetore formulae, ad quas privata lis adcommodatur.*

*) Quam ob rem TULLIUS *De Invent.* II, 19. *pag.* 221. *Edit. Werburgii Amſtel.* 1724. quum de tribunali Praetoris diſſereret: *ibi* (inquit) *et exceptiones poſtulantur, et quodammodo agendi poteſtas datur.* Miſcet vero SIGONIUS (pace dicere viri eruditiſſi-

primo quoque tempore Praetorem conceſſiſſe, exiſtimandum eſt; ſed duntaxat, re probe perſpecta, cauſaque rite cognita. [s.])

§. IX.

mi liceat) hanc noſtram actionis poſtulationem, cum illa, de qua ULPIANUS in L. 1. §. 1. D. *de poſtulando*; ſiquidem adſcripſerat in libro *de iudiciis* I, 20. *pag.* 1709. *in Theſ. Graev. tom.* II. hunc quem diximus Ulpiani locum, qui profecto ad rem ſuam facere non poterat, (loquitur enim ibi Ulpianus de *poſtulatione advocatorum*) niſi verborum demum ſimilitudine, quae utinam non ſaepe adeo erroris ſuppeditaret occaſionem, atque nos latentem hunc ſcopulum in vadimonio, vadibus, vindicibus, comperendinationibus &c. quoniam nonnulli alliſiſſe videbantur, adhibitis qualibuſcunque ingenii viribus, effugere conati ſumus.

s.) Quippe otioſius expendebat Praetor, initio quidem: permitterentne, an prohiberent leges actionem dari? tum vero: poſſitne res, de qua controverſia movebatur, facile de plano abſque longiore iudicii circuitu expediri? ac demum: taliſne

§. IX.

Docentur quaedam haut vulgaria, de vadimonio et comperendinatione.

QUod ſi tamen actionem impetraſſet actor, tum vero, reum certa quadam formula *vadabatur*. 1.) Vades porro, ſive ſponſores, quos ab reo petebat, ſi adfuiſſent, ſpondebant fore, uti certo die, (is plerumque tertius, vel ut eum veteres appellare ſolebant *perendinus* 2.) erat,) reus

eſſet controverſia, ut in ea diſceptanda diiudicandaque, ſuas partes deberet interponere, aut iudicem dare? Eam ob rem, frequentiſſima haec in Digeſtorum libris: *cauſſa cognita actionem dare; cauſſa cognita actionem denegare.* De quibus fuſius RAEVARDVS *De praeiudiciis* I, 4. *et* 5. *pag.* 819. *et ſeqq.*

1.) Ita loqui conſueviſſe veteres, quum ſponſorem ſeu vadem poſcerent, ex CICERONE *pro Quinctio* VI. PLAUTO in *Perſa* II, 4. *ver.* 18. et HORATIO *Serm.* I, 9. *ver.* 56. cuique notum eſt.

2.) Haec vox adeo ſolemnis erat in va-

reus ſe ſe in iudicio vel per ſe, vel per alium ſaltem ſiſteret. Sponſio haec *vadimonium*; [3]) iudicium vero in diem tertium conſtitutum, *comperendinatio* dicebatur. [4]) Atque hanc quidem comperendinationis legem, *Glauciam* Praetorem primum tuliſſe credit CICERO. [5]) Ceterum, ſi reus ino-

---

dimonii formulis, ut addubitarent *prudentes* (ſcilicet verborum illi aucupes) *diemne tertium*, an *perendinum* dici oporteret, ceu teſtatur CICERO *pro Muraena* XII, *pag.* 2022. *Edit. ult. cit.* in haec verba: *Iam illud mihi quidem mirum videri ſolet, tot homines, tam ingenioſos, per tot annos, etiam nunc ſtatuere non potuiſſe utrum diem tertium an perendinum dici oporteret.*

3.) Quare, *vas* (dicitur) *qui pro alio vadimonium promiſit*, apud VARRONEM *De ling. lat.* V, *pag.* 63. *Edit. Henr. Steph.* 1573.

4.) *Comperendinatio* inquit ASCONIUS PEDIANUS *in act. in Verr.* II. *eſt ab utriſque litigatoribus invicem denunciatio in perendinum diem.*

5.) *Actione* I. *in Verr. cap.* 9. *pag.* 1106.

inopia laborans, vades dare non poſſet, eo procedebat iuſtitia, ut in carcerem interea detruderetur. [6.] Quod ipſum (neſcio an recte) de illo quoque vadimonio intellexerim, de quo nobis in §. VI. ſermo fuerat.

§. X.

De vadimonio deſerto; tum quae reum, quae actorem poena manſerit.

COncepto ad hunc morem vadimonio, ſponſoribuſque acceptis, e iure diſcedebatur. Interea dum res in vadimonio eſſet, reus cognita iam actione, aut cedere actori [1.] aut certe ſeſe ad manus feliciter conſerendas praemunire. Utrum porro ex his

6.) Teſtabitur id, locus PLAUTI in *Perſa* II, 4. *ver.* 18.

SA. *Vadatur hic me.* PAE. *Utinam vades deſint; in carcere ut ſis.*

1.) De hac ceſſione videndus GRAVINA *Orig. Iur. Civ.* II, 82. *pag.* 265.

his induxiſſet in animum, ſiſti tamen in diem perendinum, ni hunc forte diem Praetor in alium diem perendinum diſtuliſſet, [2.]) omnino neceſ-
ſe

2.) IUVENALIS *Satirar.* III. *pag.* 84. *ver.* 212.

Si magna Aſturii cecidit domus: horrida mater,
Pullati proceres, differt vadimonia Praetor.

Quamquam autem exempla dilati vadimonii plurima ſunt apud CICER. *in tota Orat. pro Quinctio*, aliosque veteres auctores; cauſas tamen, ob quas vadimonium differre ſolitus Praetor, haud ita facile quis omnes enumeraverit. Celeberrima certe illa habetur, quae ob morbum ſonticum, ex XII. *tab. leg.* a nonnullis interpretibus ad hunc locum revocatur: ſi tamen lex illa huc pertinet, et non potius ad abſentiam in iudicio; aut forſan, quod mihi praeplacet, ad utrumque locum. Verum quidquid ea de re ſit, dubitandum non eſt, praeter alias cauſas, ex voluntate etiam litigatorum, vadimonium differri potuiſſe, quandoquidem id a Praetore impetraſſent. Vellem equidem, addidiſſet cauſam PLI-

ſe fuerat. Equidem, ſi condicto die non adeſſet reus, quod *vadimonium deſerere* dicebatur, 3.) condictam ille poenam erat ſoluturus. 4.) Ve-

NIUS, quando Bebium iudicem in ipſo vadimonii dilati actu repentina morte ſublatum adnotabat, *in Hiſt. nat.* VII, 53. *pag.* 409. *Edit. Harduini.* 1723. *fol.*

3.) Exempla huius locutionis vide apud PLINIUM *Hiſt. nat.* I, 5. *pag.* 9. et itidem apud CICERON. *pro Quinctio* plurimis locis. Notandus hic vel maxime SENECAE locus, *De Benef.* IV, 40. *pag.* 742. *Edit. Elzev.* 1672. *Vadimonium* (inquit) *promittimus; tamen deſerti non in omnes datur actio deſerentes. Vis maior excuſat.*

4.) Ita VAL. MAXIMUS IV, 4. *pag.* 372. *Edit. cum notis Torrennii, Leidae* 1626. *Quinctium* Cincinnatum, *poenam pro filio Caeſone, quod ad vadimonium* non veniſſet, ſolviſſe ſcribit. Et itidem de Graecis THEOPHRASTUS *Charact. Ethic.* VIII, *pag.* 43. *Edit. Cantab.* 1712. οἱ δ' ἐν τῇ ςοᾷ πεζομαχίᾳ καὶ ναυμαχίᾳ νικῶντες, ἐρήμυς δίκας ὠφλήκασιν. *alii dum in porticu, aut pedeſtri aut navali praelio vincunt,*

Verum ſi *actor* vadimonio haud *occurriſſet*, cauſa plane cadebat.[5]) Quo magis huc pertinet, minime vero ad reum, celebre illud HORATII:

-- *et*

quod ſeſe vadimonio non ſtitiſſent graviter mulctati ſunt. Sic quidem CASAUBONUS, (et recte ut videtur, pro ſuo inſtituto) interpretatus eſt. Malim tamen Iureconſultorum latine loquentium gratia, verba illa: ἐρήμας δίκας ὤφλήκασι, ita reddi: *deſertae litis poenas dederunt*, aut clarius: *ob deſertam litem damnati ſunt.* Nam cum ἐρήμη δίκη, apud Graecos aliud nihil, quam *deſertum iudicium* deſignet, teſte SUIDA, et praecipue HENR. STEPHANO; diſcrimen autem illud noſtrorum iure conſultorum inter *vadimonium* et *eremodicium*, Athenis ignoraretur; non erravit quidem Caſaubonus, *vadimonium* interpretatus, (eſt enim vadimonium deſerti iudicii ſpecies) ſed errare non nemo poterat, credens: vadimonium, eo tantum ſenſu, quo eam vocem iuris periti, inſignem voluerunt, apud Theophraſtum deſignari.

5.) SVETONIUS in *Caligula* XXXIX, *pag.* 590. *Edit. Leovard. cura Sam. Pitiſci*

- - et caſu tunc reſpondere vadato
Debebat: quod ni feciſſet, perdere litem. 6.)

Non ego tamen idcirco illepide negavero, reum tribus edictis citatum, neque tamen ſui copiam facientem, vel etiam fraudationis cauſa latitantem, atque ob alia quaedam accedentia, bonis ſpoliari meruiſſe, ſuamque adeo litem amiſiſſe. Quis enim neſciat edictum illud Praetoris, quod a GEOR. GRAEVIO, quem virum noſtra lau-

1714. quum enaraſſet multa Caligulae flagitia, ſubdit demum: Romae adeo cuncta peſſum iiſſe, *ut et panis ſaepe deficeret, et litigatorum plerique, quod occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, cauſſa caderent.* Porro intelligendos hic litigatorum nomine *actores*, commonſtrarunt RAEVARDUS *Protrib.* IX, 5. SALMASIUS *De modo uſur.* XVI, et praecipue PITISCUS *ad Suet. loc. cit.*

6.) *Sermon.* I, 9. *ver.* 56.

laude maiorem reputamus, ex Cicerone [7.]) reſtitutum eſt in hunc modum.

QUI FRAUDATIONIS CAUSSA LATITARIT: CUI HERES NON EXTABIT: QUI EXSULII CAUSSA SOLUM VERTERIT: QUI ABSENS IUDICIO DEFENSUS NON FUERIT, EIUS BONA POSSIDERI IUBEBO. Nempe his opus erat, ad condemnandum reum in iudicio non comparentem; et tanti non fuit, quam quibusdam viſum, ſola illa nudaque vadimonii deſertio. [8.])

Quam

7.) *Pro Quinctio* XIX. *pag.* 75. *Edit. Graev. in notis.*

8.) Nam quis neſciat, maximam in hac ipſa re vim poſuiſſe CICERONEM *pro Quinctio:* vult enim Tullius, Quinctium neque *fraudationis cauſa latitaſſe*, neque *heredem ei non extitiſſe*, neque etiam *exulaſſe*, aut *defenſum non fuiſſe;* propthereaque concludit, eum, licet vadimonium deſeruiſſe dici poſ-

Quam quidem rem, tam claram ac perſpicuam facere ſum conatus, (abſit invidia dicto) ut forſitan ante me nemo.

§. XI.

De ſecunda actionis editione.

HActenus ea ſumus perſecuti, quae *poſtulationum* die ius faſque erat exerceri. 1.) Diſſimilis huic *cogniti-onum* dies. 2.) Namque eo ſiſtebant

G ſeſe

ſet, bonis tamen ſuis idcirco, haudquaquam eſſe privandum. Eam ob rem, cum Naevium ita loquentem feciſſet: *non dubitavi, cum vadimonium deſertum eſſet, bona proſcribere;* id ab eo improbe cogitatum dictumque contendit; ſicque eundem alloquitur: *at, etiam ſi deſertum vadimonium eſſet, tamen in iſta proſcriptione bonorum improbiſſimus reperiebare.*

1.) MACROBIUS *Saturn.* I, 16. *pag.* 165.

2.) Dies hic minime gentium comperendinus dicebatur, quod tamen docuit SIGONIUS *De iudiciis* I, 21. *pag.* 1710. in *Theſ.*

ſeſe fideles vadimonio litigatores, ede-

Graev. tom. II. Audiamus enim MACROBIUM *loc. cit.* *Comperendini* (dies) inquit, *quibus vadimonium licet dicere*: ubi noveris per vadimonium hic, non illud, quod anteſtatis praeſentibus, ab reo in ius vocato actorem nonnunquam petiiſſe in §. VI. *not.* 2) diximus; ſed illud intelligendum eſſe vadimonium, quod die poſtulationum in iure apud Praetorem dicebatur, de quo ſupra in §. IX. *not.* 1) *et* 2). Etenim poſtulationum die locus erat in ius vocationi; die cognitionum non erat. Ac quoniam in ius vocationem ſubſequi vadimonium ſolet, recte adeo colligitur, eo die quo nullus erat in ius vocationi locus, utique nec vadimonio fuiſſe. Igitur dies cognitionum, comperendini dies non erant, ceu SIGONIO viſum. Sed enim utcunque irrepſerint iſta viro doctiſſimo, illud certe me fugit, quid ſibi textus, quem modo diximus Macrobii, velit: ſiquidem ab SIGONIO (itidemque ab HEINECCIO) in hunc modum adfertur: *Comperendini dies, quibus vadimonium dicere, et iudicia addicere licebat.* Nimirum pugnat inter ſeſe haud leviter, (pace utinam viri celeberrimi dixerim)

Digitized by Google

edebantque actionum formulas latius,
G 2 quam

brevis licet iſta oratio: vadimonia ſcilicet dicebantur diebus *poſtulationum*, iudicia vero addicebantur diebus *cognitionum*, ceu luce meridiana clarius oſtendit RAEVARDUS *Protrib.* IX. *pag.* 901. Profecto tres inter, quas mihi ILL. GARELII olim, nunc vero ex Auguſtiſſima munificentia COLLEGIO SUO THERESIANO adſcripta Bibliotheca, ſuppeditat antiquiores atque adeo magis accuratas Macrobii editiones, nulla eſt, quae laudatum textum, ad Sigonii modum exhibeat; ſed omnes una ſic habent, prout initio ſcholii indicavimus. Editionum autem quibus uſi ſumus una *Florentina*, in officina *Phillipi Iuntae* 1515. *cura Nic. Angelii* ubi textus in *lib. Saturn.* I, *cap.* 18. *pag.* 123. Altera *Lugduni Batavorum* apud *Sebaſt. Griphium* 1548. ubi textus in *lib. Saturn.* I, 16. *pag.* 246. Tertia denique rurſum *Lugduni Batav.* cura *doct. vir. Ioan Meurſii*, *Iacobi Pontani* et *Iac. Gronovii* typis exſcripta *anno* 1670. legitur vero textus *Saturn.* I, 16. *pag.* 265. Prodiere quidem his antiquiores, velut *Venet.* 1492. *fol.* *Bononiae* 1501. *etc.* aut etiam aequales, cuiuſmodi ſunt *Baſil.* 1519. *Coloniae*

quam die *poſtulationum* factum meminimus. [3.]) Fuerat porro in recitandis actionum formulis tanta Romanis religio, mira illa ac riſu quodam digna, ut ſi forte unico in verbo peccatum fuiſſet a quovis litigatore; aut uno ſaltem numo plus peteret actor, tota ſimul cauſa cecidiſſe cenſeretur. [4.]) Et quorſum haec ta-

1526. *fol.* et 1527. *oct.* *Venetiis* apud *Aldum* 1528. *oct.* et item *Pariſiis* apud *Henr. Steph.* 1585. *oct.* Neque adhuc editionum Macrobii finis: nam alias quoque imprimis ex officina Griphii prolatas recenſet IOAN. FABRICIUS in *Biblioth. Latin. pag.* 622. *Edit. Hamburg.* 1712. Sed quamvis has omnes editiones inſpicere mihi non licuit; tamen quin et iſtae ita habeant, ceu nos legimus, haud ſane poſſum dubitare.

3.) Conf. ſupra dicta §. VIII. At de actionum formulis, ſi quis plura velit, unus inſtar omnium BARN. BRISSONIUS iure merito habendus.

4.) Namque ita aperte QUINCTILIA-

tamen? ſiquidem eum, qui infelici

G 3 adeo

NUS *Inſt. Orat.* II, 3. *pag.* 533. *Edit. Hackian.* 1665. *Nam eſt etiam periculoſum, quum ſi uno verbo ſit erratum, tota cauſa cecidiſſe videamur.* De pluris petitione, ita PAULLUS *Recept. Sent.* II. 9. *Plus petendo cauſſa cadimus.* Belle item PLAUTUS, cuius ex verbis, id etiam diſcimus: dicta de pluris petitione, plerumque in *ſtricti iuris*, (ut vocamus) actionibus uſum habuiſſe; namque ſic habetur in *Moſtell.* III, I. *ver.* 121.

TR. *Quatuor quadraginta illi debentur minae,*
Et ſors et foenus DA. *Tantum eſt: nihilo plus peto.*

TR. *Velim quidem hercle, ut uno numo plus petas.*

Neque aliter CICERO *De Oratore* I, 36. *pag.* 317. *Edit. cura Werburgii Amſtel.* 1724. *Atqui non defuit illis patronis eloquentia ſed iuris civilis prudentia; quod alter plus lege agendo petebat, quam quantum lex in XII. tabulis permiſerat; quod quum impetraſſet, cauſſa caderet: alter iniquum putabat plus ſecum agi, quam quod erat in actione; neque intelligebat ſi ita eſſet actum, litem adverſarium perditurum.*

adeo linguae lapſu, lite ſua fruſtratus eſſet, tantum non toties Praetor, ipſeque non raro Imperator reſtituebant in integrum. [5.] Quin potius iſthic haud obſcure auri ſacram latere famem crediderim, quae provenientibus e duplici iudicio, duplicibus quoque ſportulis, pulcre ſaturari queat.

§. XII.

5.) Eam ob rem egregie perſtrinxerat conſultos illos iuris L. ANN. SENECA *Epiſt.* XLVIII. *pag.* 165. *Quid enim* (ait) *aliud agitis, quum eum, quem interrogatis, ſcientes in fraudem inducitis, quam ut formula cecidiſſe videatur? Sed quemadmodum illum* PRAETOR, *ſic hos philoſophia in integrum reſtituit.* Porro de Claudio Caeſare ſequentia perhibet SUETONIUS: *Nec ſemper praeſcripta legum ſequutus, duritiem lenitatemve multarum, ex bono et aequo perinde ut afficeretur moderatus eſt: nam et iis, qui apud privatos iudices plus petendo formula cecidiſſent reſtituit actiones. cap.* XIV. *pag.* 657. *Edit. cura Sam. Pitiſci, Leovardiae* 1714.

§. XII.

CEterum, ubi primum intentioni actoris, negando, vel excipiendo contraveniſſet reus, [1] ſeque litigatores ſponſione facta, mutuo ſacramento provocaſſent; [2] iudicem actor *De Iudicis oblatione, petitione, et ſacramento in leges praeſtito.*

1.) Nimirum editam poſtulatamque actionem, ut plurimum conabatur reus, ante iudicii conſtitutionem et propoſitis exceptionibus elidere, et negando tandem, ſi ſecus facere non poſſet, differre. Hinc AVCTOR *Rethor.* ad *Herrennium* I, 12. *pag. 4. in Edit. Operum Cicer. cura Schrevelii Amſt.* 1661. *Ex translatione controverſia naſcitur, quum aut tempus differendum, aut accuſatorem mutandum, aut iudices mutandos reus dicit.*

2.) De hoc ſacramento VARRO *De ling. lat.* IV, *pag.* 43. *Edit. Henr. Steph.* 1573. ſequentia reliquit: *Ea pecunia, quae in iudicium venit in litibus, ſacramentum a Sacro dictum: nam qui petebat, et qui infitiabatur de aliis rebus, uterque quinquagenos* (legunt alii *quingentos*) *aſſes ad Pontificem deponebat: de aliis rebus itidem certo alio numero aſſium. Qui*

actor ſolebat offerre reo, rogareque: num

---

iudicio vicerat, ſuum ſacramentum a Sacro auferebat: victi ad aerarium redibat. Cui reſpondet locus FESTI *voce ſacram. pag.* 469. *Sacramentum aes ſignificat, quod poenae nomine penditur, ſive eo, quod interrogatur* (ſic legendum videtur pro: *ſive eo quis interrogatur*) *ſive contenditur.* Equidem, duobus his verbis Feſti, *interrogare* atque *contendere*, ſacramentorum uſum diverſum, in iudiciis publicis et privatis indigitari nullus dubito. Verbum enim *interrogare* cauſis criminalibus ſolemne fuiſſe, docent loca CICERONIS *Orat. pro domo ſua* XXIX. et SUETONII in *Auguſto* XXXIII. Quid quod *interrogare* idem nonnunquam eſſe quod *accuſare*, exploratum eſt ex SALLUSTIO *Catilin.* XVIII. VELLEIO PATERCULO II, 13. et TACITO *Annal.* XIV, 46. At, verbum *contendere* actionibus civilibus proprium fuiſſe peculiari opera probavit BRISSONIUS *De formulis* V, 72. Ceterum negari non poteſt, tum fuiſſe illico ſponſioni huic locum, quum reus vel negaverat actionem, vel excipiendo eluſerat. Nam quid apertius iſtis ASCONII ad *Ciceron. in Verr.* I, 9. *Quum in rem aliquam*

num hoc contentus eſſet? 3.) Quod ſi itaque reus, nulla ex cauſa ſuſpectum ſibi, oblatum iudicem probaſſet; 4.) eum virum ambo, a Prae-

G 5 tore,

---

agerent litigatores, et poena ſe ſacramenti peterent, poſcebant iudicem. Hinc quoque notae apud VAL. PROBUM *De notis Rom. pag.* 102. Q. N. T. S. Q. P. ita redduntur: *quando negas, te ſacramento quingenario prouoco.* Quo magis illorum eſt culpanda deſidia, qui ob neglectos veterum auctorum locos, ſacramentum iſtud, alieniſſimis locis intrudendo, vix ferendum errorem erravere.

3.) Huius rei inſigne teſtimonium ſunt illa CICERONIS *Orat. pro Cluent.* XLII. *pag.* 201. *Edit. Graev.* 1699. *Neminem* (inquit) *voluerunt maiores noſtri, non modo de exiſtimatione cuiusdam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima iudicem eſſe, niſi qui inter adverſarios conveniſſet.* Interrogationis porro haec formula: SEI ALIUM PROCAS, NIVE EUM PROCAS. Scilicet *procare* idem erat veteribus ac *poſcere.* Videatur idcirco FESTUS voce *procum pag.* 378.

4.) Namque reiici atque *eierari*, niſi pla-

tore, litigatores iudicem poſtulabant. [5.]) Et ille quidem protinus, ei, quem partium utriuſque conſenſus iudicem elegerat, iudicandi poteſtatem faciebat. [6.]) Ea in re, certa quaedam formula

mula

cuiſſet iudex, poterat. PLINIUS *Paneg.* XXXVI, *pag.* 182. *Edit. Hackian.* 1675. *Sors* (inquit) *et urna fiſco iudicem adſignat. Licet reiicere, licet exclamare, hunc nolo timidus eſt.* In reiiciendo autem iudice formula erat: EIERO INIQUUS EST. Vid. CICERO *De Orat.* II, 70. *pag.* 435. *Edit. Werburgii Amſt.* 1724.

5.) Hanc iudicis poſtulationem tum ex ASCONII loco *ſup. cit.* cum ex *Muraeniana* et *Caeciniana*, quanta quanta eſt, oratione illuſtrandam erudito Lectori relinquimus: nobis enim his immorari iam non licet. Dabimus ſaltem locum notis illis apud VAL. PROBUM *De notis Roman. pag.* 1477. *Edit. Genev.* 1622. P. I. A. V. P. V. D. quae ita exponuntur: PRAETOR IUDICEM ARBITRUMVE POSTULO UTI DES.

6.) Hoc cum faciebat Praetor, iudicem *dare* dicebatur. Igitur VARRO *De ling. lat.*

mula adhibita, quae et intentioni actoris reique defenſioni apprime congrueret. 7.) Adhaec iudex datus pericu-

✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤

V. *pag.* 60. iudicem ita dictum voluit, *quod ius dicat accepta poteſtate.* Et TULLIUS indicaturus, omne iudicii pondus in Praetore et iudice pedaneo veluti requieſcere: *Dubium nemini eſt*, (inquit) *quin omnes omnium pecuniae poſitae ſint in eorum poteſtate, qui iudicia dant, et eorum qui iudicant. Act. in Verr.* II, 12. *pag.* 592. *Edit. Graev.*

7.) Atque hoc illud eſt: *in verba litis ius componere*, quod legitur in notis ASCONII *ad Cicer. act. in Verr.* II, 12. Enimvero ita nunquam non Romanos iudices iudicaſſe, ut non modo de actore, ſed et de reo ſolliciti eſſent ipſe docuit CICERO *pro Fonteio* VII. *pag.* 444. Qua in re Graeci haud dubie facem Romanis praetulere: ſiquidem haec lego apud LUCIANUM *De non tem. cred. calumn. pag.* 406. *Edit. cura Ioan. Benedicti Amſtel.* 1687. ἐσχάτης ἀδικίας τὸ τοιοῦτον, ὡς φαῖεν ἂν καὶ οἱ ἄριςοι τῶν νομοθετῶν, οἷον ὁ Σόλων, καὶ ὁ Δράκων ἔνορκον ποιησάμενοι τοῖς δικαςαῖς τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, καὶ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην τοῖς κρινομένοις ἀπονέμειν. *Quae ſane extrema eſt in-*

riculoſae plenum opus aleae non adgrediebatur prius, quam ſolemni praeſtito ſacramento: ſe omnino cum aequitate et legum obſervatione iudicium eſſe diſpoſiturum. [8])

§. XIII.

****

iuria, vel optimorum legumlatorum iudicio, Solonis et Draconis, qui iureiurando ſenatum Athenienſem adſtrinxere, ut pari benignitate gratiaque tam reum quam actorem iudex audiat. Neque aliter ISOCRATES in *Orat. de permutatione pag.* 314. *Edit. Henr. Steph.* 1593. - - ἀλλ' ὀμνῦναι μὲν καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν, ἦ μὴν ὁμοίως ἀκροᾶσθαι τῶν κατηγορούντων καὶ τῶν ἀπολογουμένων, *cet.* - - - *quum quotannis iuretis, vos eadem aequitate audituros tam accuſatores, quam defenſores.*

8.) Meminit huius iurisiurandi plurimis locis CICERO, quos ne longior ſim, miſſos facio. Enimvero iurisiurandi in omnes leges, uſus frequentiſſimus apud Romanos; multiſque legibus cautum: ut qui in eam non iuraſſet poena quadam mulctaretur; quam rem pluribus exequitur ANT. AUGUSTINUS *De leg.* XV. *pag.* 1162. in *Theſ. Graev.* Adde illud LIVII XXXI, 50. *pag.* 54.

§. XIII.

De Arbitris et Recuperatoribus.

HAec de iudicibus, quos praecipuo quodam nomine, *pedaneos* dictos legimus. [1]) Fuere et alii, pro diver-

C. Valerius Flaccus, quem praeſentem creârant, quia flamen Dialis erat, iurare in leges non poterat: Magiſtratum autem plus quinque dies, niſi qui iuraſſet in leges non licebat gerere. Commendat quoque hunc morem PLATO *De legib.* XII. *pag.* 948. *Edit. Henr. Steph.* 1578. dum hanc legem ſtatuit: Νόμος δὲ κείσθω, δικαστὴν μὲν ὀμνύναι δικάζειν μέλλοντα. *Lex autem ſit conſtituta: iudicem nonniſi iuratum ad iudicandum accedere debere.* Illud autem per ſe patet, Praetorem hoc iureiurando non fuiſſe obſtrictum. Vid. CICERO *in Verr.* II. 14. *pro Cluentio* XXXIV. *pro Rabirio* aliiſque compluribus locis.

1.) Pedaneus iudex ita dictus, quod in imo loco, nempe in ſubſelliis conſideret, quaſi ad Praetoris pedes; hic enim erectiori loco, pro tribunali conſtitutus erat, quod cuique notum. Videatur idcirco CUIACIUS in *Nov.* 82. Certe, THEOPHILUS *Inſt. de interd.* iudicem pedaneum recte χαμαιδικαστὴς appellavit.

diverſa actionum natura. Nam in iudiciis bonae fidei, (ut vocant) *Arbitrum* poſcebant litigatores: hocque inter ſe differunt iudex et arbiter, quod iudicibus ſaltem, certam, Praetor, praeſcribit formulam, quam ipſi in iudicando ad literam ſequantur; [2]) arbitris vero non praeſcribit; ſed eorum arbitrio poteſtatique relinquit, ex bono et aequo ut iudicium ferant. [3]) Itaque praeclarum eſt, quod Q.

2.) SENECA *De Benef.* III, 7. *pag.* 399. *Ideo* (inquit) *melior videtur conditio cauſſae bonae, ſi ad iudicem, quam ad arbitrum mittitur, quia illum formula includit, et certos, quos non excedat, terminos ponit.*

3.) Eam ob rem de arbitro in hunc modum FESTUS *De verb ſignif.* I, *pag.* 35. *Arbiter dicitur iudex, quod totius rei habeat arbitrium et facultatem.* Et itidem SENECA *loc. cit.* ſtatim ſubdit: *huius* (de arbitro loquitur) *et nullis adſtricta vinculis religio, et detrahere aliquid poteſt, et adiicere, et ſententiam ſuam non prout lex et iuſtitia ſuadet,*

Q. *Scaevolam* dictitaſſe ſcribit CICERO: *ſummam vim eſſe in omnibus iis arbitriis* (melius *iudiciis*) *in quibus adderetur* EX FIDE BONA. 4.) Haec de arbi-

ſed prout humanitas et miſericordia impulit regere. Diſcrimen porro iudicem inter et arbitrum e veteribus nemo TULLIO melius expreſſit. *Iudicium* (ait) *eſt pecuniae certae: arbitrium incertae. Ad iudicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc modo adimus, ut neque nihil, neque tantum, quantum poſtulavimus conſequamur. Eius rei ipſa verba formulae teſtimonio ſunt. Quid eſt in iudicio? directum, aſperum, ſimplex:* SI PARET HS IↃↃↃ DARI OPORTERE. *Hinc niſi planum facit* HS IↃↃↃ *ad libellam ſibi deberi, cauſſam perdit. Quid eſt in arbitrio? mite, moderatum:* QUANTUM AEQUIUS MELIUS SIT DARI. *pro Roſcio. Com.* IV. *pag.* 234.

4.) *De officiis* III, 6. *pag.* 339. ubi praecedunt haec verba digniſſima ſane, quae huc tota tranſcribantur. *Nam quanti verba illa:* UTI NE PROPTER TE FIDEMVE TUAM CAPTUS FRAUDATUSVE SIEM. *quam illa aurea?* UT INTER BONOS BE-

arbitris. At quoniam iudex, de facto fere ſolebat cognoſcere, ideo ſi quaeſtio iuris incidiſſet, *Recuperatores* inprimis dabantur; ita dicti, quod qui per eos amiſſum ius perſequeretur, id rurſum eſſet recuperaturus. [5.])

§. XIV.

NE AGIER OPORTET ET SINE FRAUDATIONE. - Q. *quidem Scaevola - fidei bonae nomen exiſtimabat manare latiſſime, idque verſari in tutelis, ſocietatibus, fiduciis, mandatis, rebus emtis, venditis, conductis, locatis, quibus vitae ſocietas continetur: in his magni eſſe iudicis ſtatuere (praeſertim quum in pleriſque eſſent iudicia contraria) quid quemque cuique praeſtare oportet.*

5.) Ita circiter FESTUS voce *reciperatio pag.* 425. Nolim hic certas fuiſſe cauſas arbitrere, in quibus modo iudex modo recuperatores darentur, veluti plerique cenſent. Enimvero CICERO *in Verr.* III, 59. *pag.* 112. *Facta* (inquit) *eſt ſponſio* H-S V. *coepit Scandilius recuperatores, aut iudicem poſtulare.* Sed etiam, quamvis non eſſet hic locus, an non ſatis opinioni noſtrae inde fides accerſitur, quod in iis

§. XIV.

NEque vero in arbitris atque recuperatoribus ſtabat iudicum Romanorum numerus. Elegere quoque e ſingulis quinque ac triginta *De Centumviris.*

H tri-

---

cauſis, in quibus ipſi certe diſſentientes, iudices abſolute tales datos volunt, recuperatores datos legimus. Nempe de iniuriarum cauſa (licet haec *quaeſtio* ut aiunt *facti* ſit) ad recuperatores acta meminit GELLIUS XX. 1. et CICERO *De invent.* II, 10. De pecunia credita autem loco non vulgari PLAUTUS in *Bacchid.* II, 3. *ver.* 36.

Poſtquam quidem praetor recuperatores dedit,
Damnatus demum, vi coactus reddidit
Ducentos et mille phillipum.

Et itidem de furto in *Rudent.* V, 1. *ver.* 1.

Quis me eſt mortalium miſerior, qui vivat alter hodie,
Quem ad recuperatores modo damnavit Pleuſiddipus.

Hinc illud vero ſimillimum: in eadem ſaepe cauſa iudices recuperatoreſque datos. Ceterum, quemadmodum ſuſpectum eie-

tribubus, ternos, qui iudicia exercerent, indeque *Centumviri.* Ac licet quinque amplius centum hoc in collegio reperire eſſet, tamen quo faciſius compellarentur, centumvirorum retinere nomen placuit. [1.]) Ac horum quidem iudicum ab aliis quos diximus, non leve fuerat diſcrimen; quodpropterea tacere (neque enim delibatione illa ieiuna delectamur) conſultius eſſe ducimus. [2.]) Ceterum graviſſimae exiſtimationis, poſteri-

rare iudicem licuiſſe ſupra diximus, ſic et recuperatores reiicere fas fuit. CICERO in *Verr.* III, 11. *pag.* 22. *Quid praetor? iubet recuperatores reiicere.* Et ſimilia eodem *lib.* III, 59. *pag.* 112.

1.) Sic fere FESTUS *De verb. ſignif.* III. *pag.* 74.

2.) Quod ſi ea diſcrimina accuratius paullo noſſe cupias, dabit eas prae ceteris QUINCTILIANUS *Inſt. Orat.* V, 10. et PLINIUS *Epiſt.* IV, 16.

ſterioribus vel maxime temporibus, 3.)
H 2 cen-

3.) AUCTOR *Dial. de orat. pag.* 234. *Edit. Oxon. ex Theat. Scheld.* 1692. *Cauſae centumvirales, quae nunc primum obtinent locum, adeo ſplendore aliorum iudiciorum obruebantur, ut neque Ciceronis, neque Caeſaris, neque Coelii, neque Calvi, non denique ullius magni Oratoris liber apud centumviros dictus legatur.* Conſtitit tamen et CICERONIS aevo ſua centumvirali iudicio auctoritas: quo ſpectant illa: *De oratore* I, 38. *pag.* 52. *Edit. Oxon. e Theatr. Scheld.* 1706. – *iudicia privata magnarum rerum obire, in quibus ſaepe non de facto ſed de aequitate ac iure certetur, iactare ſe in cauſſis centumviralibus, in quibus uſucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorum, ceterarumque rerum innumerabilium iura verſantur, cum omnino quid ſuum, quid alienum: quare denique civis an peregrinus: ſervus an liber quiſpiam ſit, ignoret, inſignis eſt imprudentiae.* Similia ſequentibus capitibus (id eſt: 39, 40, 41, etc.) ſi quidem legere lubet deprehenſurus eſt Lector. Alterius quoque generis cauſae, apud centumviros actae.

centumvirale fuit iudicium; (quod et alio eoque communi nomine *centumviralis haſta* 4.) audiit) neque eiuſ-

meminit PHAEDRUS III, 10. *pag.* 52. *Edit. Pariſ. in uſum Delph.* 1675.

4.) Poëtis imprimis familiaris haec appellatio. Sic STATIUS *Sylv.* IV. 4. *ad Marcellum ver.* 43.

Ceſſat centeni moderatrix iudicis haſta.

Et MARTIALIS *Epigram.* VII. 62.

Hunc miratur adhuc centum gravis haſta virorum.

Nimirum haſta iſthic pro iudicio per μετονυμίαν capitur, quod quo die litigaretur, ante ſubſellia *haſtile*, ceu ſymbolum cognitionis futurae erigi conſueviſſet. Porro, de haſtae uſu in iudicio centumvirali ita QUINCTILIANUS *Inſt. orat.* V, 2. *pag.* 337. *Edit. Lugd. Bat.* 1665. - - *cum eadem de cauſſa pronunciatum eſſet, ut in reis deportatis - - et partibus centumviralium, quae in* DUAS HASTAS *diviſae ſunt.* Certe, quoniam Romanos et venditionis et auctionis contractum, aliaque ſolemnia *haſta poſita* novimus indicaſſe, haud mirum videri de-

eiuſmodi incrementa, alteri magis controverſiae, quam hereditatis et teſtamentorum, quae ſcilicet ibidem nunquam non expediebantur; in acceptis referre poſſe compertum eſt. 5.)

§. XV.

ADhaec Decemviros quoque illos veteres STLITIBUS IUDICANDIS, 1.) ſuam ad privata iudicia opeH 3 ram *De Decemviris ſtlitibus iudicandis.*

bet, morem hunc ad cauſas quoque dirimendas translatum.

5.) Confirmat eam rem praeter PLIN. *Epiſt.* VI, 32. et QUINCTIL. *Inſt. orat.* IV, 6. IUSTINIANUS *Imp.* in L. *ult.* C. *de pet. hered.* Adde L. 13. D. *de inoffic. teſt.* ex qua clarum fiat oportet, etiam aliam quamvis hereditatis petitionem, eam ob cauſam, centumviralis iudicii nomine κατ' ἐξοχὴν fuiſſe deſignatam.

1.) Ita dictum hunc Magiſtratum probant plures inſcriptiones; quo pertinet decretum illud Aſculanorum Romae in

ram contuliſſe, haudquaquam latet. Quod ſi tamen edicere me oporteat, quod fuerit quantumque eorum munus: quibuſque in controverſiis cau-

domo Caeſia, itemque elogium L. Caeſonii Luillii, Veronae. Porro STLITEM uſurpaſſe veteres pro *litem*, ut *ſtlocum* pro *locum*, ſatis eſt cognitum, pigetque exempla adferre in re tam domeſtica. Meminit autem huius Magiſtratus DIO CASSIUS *Hiſt. Rom.* LIV. *pag.* 540. *Edit. Hannov.* 1606. οἵ τε δὴ εἴκοσιν οὗτοι ἄνδρες ἐκ τῶν ἕξ καὶ εἴκοσίν εἰσιν: οἵ τε δέκα, οἱ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν ἐς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων ἀποδεικνύμενοι. Exiſtimat hic, GER. NOODT *De iurisd.* I, 12. *pag.* 107. *Edit. Lugd. Bat.* 1724. auctoritate ductus THEOPHILI §. 4. *Inſt. Qui et ex quibus cauſ. manumit.* Decemviros hos ex quinque Senatoribus totidemque Equitibus fuiſſe compoſitos. Equidem quidquid ea de re ſit, numerus probe convenit. Quin etiam, Decemviros ſtlitibus iudicandis, Praetori aſſidere ſolitos fuiſſe, ubi de iure et aequo diſceptatio fiebat, inter Eruditos non dubium. Vid. *Laud. Auct.* l. c.

cauſiſve: aut quo tandem in iudicio potiſſimum: fatebor equidem ingenue, una mihi cum viris eruditis aquam haerere; neque aliud in promptu eſſe, quod quidem citra coniecturam et divinationem, affirmare liceat, quam Decemviros iſtos de praeiudicialibus quaeſtionibus Ciceronis aevo ius dixiſſe; [2]) ac demum ab *Octaviano* Caeſare, centumvirali ha-

 ſtae

2.) Leguntur haec ſcilicet in *Orat. pro Caecinna* XXXIII, *pag.* 1635. *Edit. cura Werburgii Amſt.* 1724. *Cum Aretinae mulieris libertatem defenderem, et Cotta Decemviris religionem inieciſſet, — Decemviri prima actione non iudicauerunt: poſtea, re quaeſita et deliberata ſacramentum noſtrum iuſtum iudicauerunt.* Et itidem *pro domo ſua* XXIX. *pag.* 2282. *Quin etiam ſi Decemviri ſacramentum in libertatem iniuſtum iudicaſſent — in hoc genere ſolo rem iudicatam referre poſſe voluerunt.* Nae idipſum PAULLUS quoque voluerit in L. 32. §. 7. D. *de recept.*

ſtae cogendae ordinandaeque fuiſſe conſtitutos. 3.) Sed enim exiguis hiſce non utique munus omne Magiſtratus cetera haud ignobilis abſolutum fuiſſe, facile Lector erudite aſſequeris. At nunc alia videamus.

§. XVI.

De Eremodicio et abſentia legitima; deque cauſae orandae ratione.

NEmpe peracta iudicis poſtulatione et datione, liteque conteſtata, quemadmodum §. XII. notavimus, perendinus expectabatur dies.

3.) SUETONIUS in *Auguſto* XXXVI. *pag.* 241. ait: Auguſtum Caeſarem conſtituiſſe, *ut centumviralem haſtam, quam quaeſtura functi conſueverant cogere, Decemviri cogerent.* Igitur quaſi praeerant Centumviris, Decemviri, id indicante POMPONIO in L. 2. §. 29. *de orig. iur.* Hinc etiam AUCTOR (quibusdam *Lucanus*) *Carminis ad Piſon. ver.* 41.

Seu trepidos ad iura decem citat haſta virorum
Et firmare iubet centeno iudice cauſſas.

es. Hoc die ſiſtebant ſe litigatorum uterque, ni alteruter *eremodicium* contraxiſſet, [1.] aut iuſta quaedam cuiuſvis demum iudicium conſtituentis abſentia, litem in alium produci diem exigeret. [2.] Itaque ſi adeſſent

1.) Eremodicium ἀπὸ τῆς ἐρήμου δίκης conflatum, *deſertum iudicium* ſonat. Nempe ubi alteruter litigantium lite conteſtata in iudicio non adeſſet, iudex nihilominus cauſam a praeſente iubebat peragi. Ita qui ſeſe non ſtitiſſet perdebat litem. L. 7. §. *ult.* D. *de minor.* L. 13. §. 3. 4. L. 73. D. *de iudiciis.* Fuere enimvero, et ſunt adhuc, qui *vadimonium* cum *eremodicio* facili errore permiſcent. Oſtendit plurimis in locis CUIACIUS quantum haec differant.

2.) Quod ſi iudicii dies protraheretur, veteri lingua, *diem diffindi* dicebant. GELLIUS XIV. 2. Porro inter iuſtas abſentiae cauſas, ſive rei, ſive actoris, ſive iudicis, ſive arbitri, expreſſum tantum in legum fragmentis morbum ſonticum deprehendimus. Sonticum autem morbum eum veteres appellavere, qui corpori valde no-

adverſarii, Praetor, aliuſve iudex, patronum ſuam iubebat cauſam dicere.

xius exiſteret. *Sons* enim veteribus idem atque *nocens*, teſte FESTO in verbo *ſons*, et A. GELLIO XVI, 4. et XX. I. His abſentiae legitimae cauſis, iungit ex coniectura et ſubobſcuris veterum teſtimoniis alias quasdam IAC. GOTHOFREDUS putatque in eadem illa lege, qua de morbo ſontico decernitur, etiam de publicis votis pro ſalute P. R. ſuſceptis actum fuiſſe; ut adeo haec quoque legitima abſentiae cauſa dicenda videatur. Et vero ſi longius progredi lubeat, abſentiam quoque rei publicae cauſa, legitimis inſeremus. Firmabit eam rem GAIUS in L. 6. D. *ſi quis caution. in iud. ſiſt.* quin et GELLIUS XVI, 4. Ceterum abſentiam hanc, ſive *eremodicium*, et *vadimonium deſertum* haudquaquam Cl. GRAVINA diſcrevit: ſiquidem ubi deſertum erat vadimonium dies non *diffindebatur*, ſed condictam poenam, is unde petebatur, ſolvebat: actor vero vadimonio non occurrens, cauſa cadebat, ceu ſupra §. X. oſtenſum eſt. At laudatus auctor ea omnia, quae de protracto iudicii

re. 3.) Duplici id ratione fiebat : alia

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻

die, atque legitima abſentia diximus, ad vadimonii deſerti caput referre non dubitavit.

3.) Orabat vero patronus cauſam ſtans. Unde QUINCTILIANUS *Inſt. orat.* XI, 3. *pag.* 1034. *Edit. cura P. Burmanni Lugd. Bat.* 1720! *Cum iudex in privatis, aut praeco in publicis* (iudiciis) *dicere de cauſſa iuſſerit leviter eſt conſurgendum.* PLINIUS vero *Epiſtol.* I, 23. *pag.* 23. *Edit. e Theat. Scheldon. Oxon.* 1703. *Ipſe* (inquit) *cum tribunus eſſem - - abſtinui cauſſis agendis: - - quod deforme arbitrabar cui aſſurgere; cuique loco cedere omnes oporteret, hunc omnibus ſedentibus ſtare.* PHAEDRUS III, 10. *ver.* 37.

- - *ſtant patroni, fortiter cauſſam tuentes innocentis*
Foeminae.

At ſedebat tamen nonnunquam cauſam agens: nempe ubi nullius momenti cauſae agitabantur. QUINCTILIANUS *Inſt. Orat.* XI, 1. *pag.* 677. *Edit. cura Claud. Caperron. Pariſ.* 1715. – *rideatur merito, qui apud diſceptatorem, de re leviſſima ſedens dicturus, utatur illa Ciceronis confeſſione:* cet. Cave ta-

alia breviore, qua ſcilicet tota iudici cauſa, verbis pauciſſimis ac veluti per indicem exponebatur; 4.) altera pro-

men ex hoc loco arguas, oratorem in publicis ſolum iudiciis ſtantem dixiſſe; in privatis vero ſedentem: quem in modum TURNEBUS ad *loc. cit.* labitur. Probe nimirum conſiderandum eſt illud: *apud diſceptatorem;* quo verbo, niſi me omnia fallunt, talem Quinctilianus intellıgit diſceptatorem, qui intra privatos parietes ex voluntate litigatorum litem componebat, antequam illi rem in ius deducerent, de quo more in §. III. *ſcholio* 5.) ſcripſimus.

4.) ASCONIUS ad *Cicer. act. in Verrem* III. *Quum litigatores ad iudicem* (credo *Praetorem*) *veniſſent, antequam cauſſa ad iudicem ageretur, quaſi per indicem, rem expoſuerunt.* QUINCTILIANUS *Inſt. orat.* IV, 1. *pag.* 212. *Edit. mox. cit.* quum de proëmii ratione loquitur, *certe* (inquit) *proemium eſt, quo apud iudicem dicere priuſquam cauſſam cognoverit, poſſis.* Extat hac de re lex in XII. *tabulis*, relata ab A. GELLIO XVII, 2. *pag.* 750. huiuſmodi: ANTE. MEDIDIEM. CAUS-

prolixiore, per quam integris iuſtiſque orationibus, adhibitis nonnunquam teſtibus, 5.) aut etiam inſtrumen-

SAM. CONSCITO. Nempe *medidiem*, quaſi medium diem veteres: teſte VELIO LONGO *de Orthographia*. De verbo *coniicere* vide *ſchol.* 9.)

5.) Magna teſtibus fides: in primis ubi ipſis rem oculis uſurpaſſe teſtis aiebat; non item ubi auribus accepiſſe. Pulcre *Stratophanes* apud PLAUTUM *Trucul.* II, 6. *ver.* 7.

Non laudandus eſt cui plus credit, qui audit, quam qui videt.
Non placet, cum illi plus laudant, qui audiunt, quam qui vident.
Pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti decem:
Qui audiunt audita dicunt: qui vident plane ſciunt.

De teſtium numero dicere non attinet, quoniam ad rem noſtram non facit. Ceterum mirum illud quod lego apud VAL. MAXIMUM VIII, I. *pag.* 701. *Edit. cum notis Torren. Lugd. Bat.* 1726. nempe in

mentis, [6.]) vel certe iureiurando, [7.]) dempromptiſque aliis quibuſque ex

---

cauſis repetundarum, *lege* accuſatori *licuiſſe, centum atque viginti hominibus denuntiare teſtimonium.* Alias decem tantum teſtibus publice denuntiandi poteſtas fiebat: hinc notae apud VAL. PROBUM *De not. Rom. pag.* 1477. *Edit. Genev.* 1622. Q. E. R. E. T. P. I. R. D. T. Q. D. T. D. D. P. F. *Quanti ea res erit, tantae pecuniae iudicium recuperatorium dabo, teſtibuſque duntaxat decem denuntiandi poteſtatem faciam.*

6.) Inſtrumentis aequa teſtibus auctoritas. Neque mirum: nam ut legitimo conficerentur modo, producique adeo poſſent, teſtium ſubſcriptionem requiſitam fuiſſe nemo non intelligit. Elegans ſane eſt, quod hac in re, Latinus ille Socrates SENECA literis concredidit, in libro *de Benefic.* III, 15. *pag.* 657. *Edit. Elzev.* 1622.

7.) Iurisiurandi frequentiſſimus in foro Romano uſus, dictumque eſt a GAIO in L. 1. D. *de iureiur.* non abs re: *maximum litium expediendarum remedium.* Porro de iurisiurandi religione, haec CICERO *De officiis* III. 29. *Edit. Graev. pag.* 368. *Eſt* -

ex ipſa re probationibus, [8.]) ſua cuique actio vel exceptio pro viribus ſta-

iusiurandum affirmatio religioſa: quod autem affirmate, quaſi DEO teſte promiſeris, id tenendum eſt. -- Nam praeclare Ennius:

O fides alma apta pinnis et iusiurandum Iovis.

Qui igitur iusiurandum violat, is fidem violat, quam in Capitolio vicinam Iovis Opt. Max. (ut in Catonis oratione eſt) maiores noſtri eſſe voluerunt. Qua de re etiam in XII tabulis cautum fuiſſe, non eſt dubium: ſiquidem ita rurſum legitur *cap.* 31. *Nullum - vinculum ad ſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe voluerunt. Id indicant leges in* XII. *tabulis*, cet. Ipſe certe legis contextus edaci vetuſtate abſumtus: iique fruſtra ſunt, qui ſibi ex hoc loco, veterem legem credunt reſtitutum iri. Porro iurisiurandi uſus apud Graecos non minor. Vid. PLATO *De leg.* XII. *pag.* 948. *Edit. Henr. Steph.* 1578.

8.) Probationum variae ſpecies: eaeque aut legitimae aut illegitimae. At quoniam in his recenſendis faſce et viatico (ut dicimus) opus fore deprehendi; ideo de

ſtabiliri firmarique poterat. Ac primum illud quidem, cauſam *coniicere*; 9.) hoc, cauſam *agere*, *orare* et *perorare* dicebatur: 10.) ſolebatque ex lege *Pompeia*, ad clepſydrarum modum inſtitui. 11.)

§. XVII.

---

his Rhetores Lector conſulet, ſi otium et opus fuerit.

9.) ASCONIUS ad locum ſupra *ſchol.* 4) relatum ſubdit: *atque id ipſum dictum eſt* CAUSSAE CONIECTIO, *quaſi cauſſae ſuae in breve coactio.* PAULLUS vero (ſeu potius Gloſſa) in L. 1. D. *de div. reg. iur. ant.* haec habet: *Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, et ut ait Sabinus, quaſi cauſae coniectio eſt.* Parcere proinde labori poterat RAEVARDUS, quando pro *conſcito* (quod in fragmento legis ex XII. tab. legimus) repoſuit *gnoſcito.*

10.) PLAUTUS *Phorm.* II, 1. *ver.* 62.

Servom hominem cauſſam ORARE *leges non ſinunt.*

PHAEDRUS I, 10. *ver.* 7.

Uterque cauſſam quum PERORASSENT *ſuam.*

Digitized by Google

§. XVII.

Quaedam de ſententia iudicis.

DIſcuſſa probe, poſteaquam ſatis peroratum eſſet, cauſa, ſententiam ferebat iudex, latino ſermone

I con-

11.) CICERO in Bruto XCIV. *pag.* 151. *Edit. Elzev. cura Schrevelii* 1661. — *lege Pompeia, ternis horis ad dicendum datis, ad cauſas ſimillimas inter ſe, vel potius easdem, novi veniebamus quotidie.* Conſ. *De Finib.* IV, 3. et ad *Attic.* 49. Videtur autem haec lex Pompeio tertium conſule lata: ſiquidem id innuit AUCTOR *Dial. de orator. cap.* XXXVIII. De clepſydra porro ſatis multa extant veterum auctorum teſtimonia. Vid. CICERO *de Orat.* III, 34. PLINIUS *Epiſtol.* IV, 9. II, 11. I, 23. VI, 2. Deſcripſit plane hanc clepſydram APULEIUS *Metamorph.* III, 6. *pag.* 73. *Sic rurſum Praeconis amplo boatu citatus accuſator quidam ſenior exſurgit, et ad dicendi ſpatium vaſculo quodam in vicem coli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo, infuſa aqua, populum ſic adorat.* Unde ab his clepſydris ducta paroemia: ἀναλίσκεις ὕδωρ, in eos, qui frivola inter dicendum adferunt.

conceptam; [1.]) idque ſedens, [2.]) atque ex tabella quadam ad eam rem para-

1.) TRIPHONINUS in L. 48. D. *de re iudic.* *Decreta* (inquit) *a Praetoribus latine interponi debent.* Eam ob rem, non turpe modo, ſed et periculo erat iunctum, ſi quis in publico munere conſtitutus, Latii ſermonis eſſet imperitus. Enimvero Claudius Caeſar, *ſplendidum virum Graeciaeque provinciae principem, verum latini ſermonis ignarum, non modo albo iudicum eraſit, ſed etiam in peregrinitatem redegit*, referente SUETONIO in eius vita XVI. *pag.* 662. *Edit. cura Sam. Ptiſci Leovard.* 1714.

2.) CICERO *pro Rab. Poſthumo* IV. *pag.* 28. *Accuſavi de pecuniis repetundis: iudex ſedi. – Modo vos iidem in A. Gabinium iudices ſediſtis.* Eundem morem ex PLAUTO quoque in *Moſtell.* V, 1. *ver.* 53. et V, 2. *ver.* 21. comprobare licet. Perbelle PHAEDRUS I, 10. *ver.* 8. de ſimio iudice:
Tunc iudex inter illos ſedit ſimius.

Hic addam quaſi πάρεργον, tertium quoddam genus iudicum fuiſſe, qui ſtantes iudicarent: de quibus CICERO in BRUTO LXXXIV. *pag.* 149. *Edit. cura Schrevellii*

parata. [3] Quod ſi implicatior quaedam cauſa, obſcuritatem tenebraſque

I 2 iudi-

✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣✣

apud Elzev. 1661. ubi cum Atticum dicendi genus gravius eſſet inſectatus, ſubdit: *Quare ſi anguſtae et exiliter dicere eſt Atticorum, ſint ſane Attici; ſed in comitium veniant ad ſtantem iudicem dicant.* Atque hinc liquet, lęvi quadam de re, iudices ſtantes iudicaſſe, haud ſecus atque de oratoribus, (ſeu potius conſulentibus de re litigioſa honorariam amici operam) ſupra, *ſcholio* 4.) *in fine*, contra Turnebum monuimus.

3.) SUETONIUS in vita *Claudii* XV. *pag.* 660. haec de Caeſare refert: *De quodam etiam negotio, ita ex tabella pronunciaſſe creditur:* cet. L. APULEIUS *Florid.* I, 8. *pag.* 775. *Edit. Pariſ.* 1688. – *ipſe Proconſul moderata voce, rarenter et ſedens loquitur, et plerumque de tabella legit. Quippe Praeconis vox garrula eſt; Proconſulis autem tabella ſententia eſt.* At cave hinc inferas veluti quidam fecere: *Proconſules tantum de tabella pronuntiaſſe;* ſiquidem aliud docet SENECA *De Benef.* III, 7. *pag.* 660. *Edit. Elzev.* 1672. *De quibusdam etiam im-*

iudici offunderet; id ille, pro humana imbecillitate, fateri ſolebat aiens: SIBI NON LIQUERE, [4]) atque ita iudicatu illo ſolvebatur; reliquis quem ad modum viſum eſſet, ſententiam ferentibus. [5]) Ad haec illud etiam

peritus iudex dimittere tabellam poteſt: ubi feciſſe aut non feciſſe pronunciandum eſt.

4.) CICERO *pro Cluentio* XXVIII. *pag.* 159. *Edit. Graeo. Amſt.* 1699. *Deinde homines ſapientes ex veteri illa diſciplina iudiciorum, qui neque abſolvere hominem nocentiſſimum poſſent, neque eum de quo eſſet orta ſuſpicio, pecunia oppugnatum, re illa incognita primo condemnare vellent,* NON LIQUERE *dixerunt.* Adde QUINCTIL. *Declamat.* CCCLXVI. Equidem A. GELLIUM in controverſia difficili iudicem datum, hic ſervavit Apollo; ceu teſtatur ipſe *Noct. Attic.* XIV, 2. *pag.* 646. *Sed maius altiuſque id eſſe exiſtimavi – et propterea iuravi:* MIHI NON LIQUERE *atque ita iudicatu illo ſolutus ſum.* Eius formulae nota erat. N. L. Vid. ASCON. PEDIAN. ad *act. in Verr.* III. et VAL. PROBUS *De notis Rom.*

5.) In componenda ſententia, praeſe-

etiam in concipienda ſententia obſervabant iudices, ut haudquaquam nuda uterentur aſſertione; ſed modeſtam adhiberent illam orationem: VIDERI SIBI (e. c. in controverſiis ſtatus) HUNC HOMINEM LIBERUM;[6.])

I 3 vel

---

renda iuri ſtricto aequitas: ſtrictum enim ius, et τὸ ἀκριβοδίκαιον raro carere iniquitate creditur.' Profecto ſunt ea de re praeclara illa M. TULLII *De officiis* I, 10. *pag.* 17. *Edit. Oxon. e Theat. Scheldon.* 1695. *Exiſtunt etiam ſaepe iniuriae, calumnia quadam, et nimis callida, ſed malitioſa iuris interpretatione. Ex quo illud: ſummum ius ſumma iniuria, factum eſt tritum ſermone proverbium.* Conf. L. 91. §. 3. D. *de verbor. oblig.* L. 8. C. *de iudiciis.*

[6.]) CICERO *Acad. Quaeſt.* IV, 146. *pag.* 84. *Edit. Paris in uſum Delph.* 1689. - - *quaeque iurati iudices cognoviſſent, ut ea non eſſe facta, ſed ut* VIDERI *pronunciarent.* Conf. *Act. in Verr.* II, 38. Eleganter ac lepide PHAEDRUS I, 10. *ver.* 9. quum ſimium iudicem feciſſet hanc quoque formulam ut is more ſuo imitaretur, providit; hanc enim facit ſimii ſententiam:

Digitized by Google

vel in querela inofficioſi: VIDERI PATREM MATREMVE IUSTAS IRASCENDI CAUSSAS HABUISSE. 7.) Sin abſolvendum credebant reum, formula erat: SECUNDUM ILLUM LITEM DO.. 8.) Sic ſolebant iudices. Arbitri, primum arbitrium dicebant: tum vero

****

Tu non VIDERIS *perdidiſſe*, *quod petis.*

Quin immo, ea veterum fuit modeſtia, ut quum capitis quemquam reum agerent, ne quidem feciſſe videri, ſed PARUM CAVISSE VIDERI pronuntiarent. Vid. FESTUS XIV. *pag.* 325. Porro hac ſubinde formula: SI QUID MEI IUDICII EST, uſos fuiſſe iudices, teſtis eſt CICERO *De Finibus* II, 36.

7.) PLINIUS *Epiſt.* V, 1. *pag.* 275. *Edit. Lugd. Bat.* 1669. *Deinde* (inquit) *ſeceſſi*, *et ex conſilii ſententia:* VIDETUR *inquam Curiane*, MATER TUA IUSTAS HABUISSE CAUSAS IRASCENDI TIBI.

8.) VAL. MAXIMUS II, 8. *pag.* 201. - - *quamvis adhuc tacueris*, SECUNDUM TE LITEM DO. Et venuſte eam formulam

vero, ſimul atque reus obſequium abnuiſſet, ſequebatur condemnatio: QUANTI EA RES ESSET. [9.]) Ceterum retinenda iudicibus illa erat ſententia, quae non a ſenioribus, dignioribuſve, ſed a maiori parte dicta eſſet. [10.]) Quod ſi pares numero ſen-

I 4 ten-

LUCANUS adhibuerat, in *Pharſal.* VIII. *ver.* 333.

- - - - SECUNDUM
Aemathiam LIS TANTA DATUR?

9.) Vid. PAULLUS in L. 18. *de dolo malo.*

10.) Et hoc illud eſt, de quo in hunc modum queſtus legitur PLINIUS *Epiſt.* II, 12. *pag.* 114. *Numerantur enim ſententiae non ponderantur: nec aliud in publico conſilio poteſt fieri, in quo nihil eſt tam inaequale, quam aequalitas ipſa. Nam cum ſit impar prudentia, par omnium ius eſt.* Reſpexit quoque ad hunc morem PRUDENTIUS *Contra Symmach. orat.* I, *ver.* 604.

Servemus leges patrias: infirma minoris
Vox cedat numeri, parvaque in parte ſileſcat.

tentiae, praeclare ad miſericordiam inclinatio fiebat, favendumque reo veteres illi legum latores credidere. [11.] Cuius rei comprobandae gratia, en! particulam legis iudiciariae, qua id cauebatur.

QUOD. EORUM. IUDICUM. MAIOR. PARS.

11.) Huius rei teſtem dabo CICERONEM *pro Cluentio* XXVII. *pag.* 157. *Edit. Graev.* 1699. *In conſilium* (inquit) *erant ituri iudices triginta et duo: ſententiis decem et ſex abſolutio confici poterat.* Cui congruunt quae habet PLUTARCHUS in *Mario pag.* 408. *Edit. Lut. Pariſ.* 1624. οὐ μὴν ἀλλὰ ταῖς πρώταις ἡμέραις ἐν τῇ δίκῃ κακῶς πράττων ὁ Μάριος καὶ χαλεπῶς χρώμενος τοῖς δικασταῖς, τῇ τελευταίᾳ παραλόγως ἀπέφυγεν, ἴσων τῶν ψήφων γενομένων. *Sed quamquam primis diebus, multum fuiſſet Marius in iudicio iactatus, atque malis iudicibus uſus, poſtremo tamen praeter expectationem, aequantibus ſententiis* (vel ſi mavis *calculis*) *eſt abſolutus.* Conf. SENECA *Epiſt.* LXXXI.

PARS. IUDICARIT. ID. IUS. RATUMQUE. ESTO. [12.])

§. XVIII.

PRolata in iudicio ſententia, velut i e tripode emiſſum oraculum, neque revocari ſuſtinuit; neque ullam porro mutationem ſubire. [1.]) Nihilo minus tria adhuc reſtabant iudicia. Vnum de reo; alterum de petitore; tertium de iudice. Ac reo quidem, qui ſe inique iudicatum querebatur, in promptu erat *appellatio:* aut

Indicantur ea quae dictam ſententiam conſequebantur.

[12.]) Extat in Epiſtola VIII. COELII ad Ciceronem, in *Edit. Cicer. cura Graev. pag.* 469. *tom.* II.

[1.]) SENECA *Controv.* VII. (aliis III.) 23. *pag.* 287. *Iudex quam tulit de reo tabellam, revocare non poteſt; quaeſitor non mutabit pronuntiationem ſuam.* Et APULEIUS *Florid.* I, *pag.* 775. *Proconſulis autem tabella ſententia eſt, quae ſemel lecta, nec augeri litera una nec minui poteſt.*

aut certe ſi intra triginta dies iudicatum non feciſſet, notiſſima illa in duodecim, *rei addictio*. Petitorem porro, iudicium *calumniae*, iudicem ipſum inique iudicantem, *falſi* iudicium meritaque poena manebat. Sed de his omnibus neque vacat dicere, neque opus eſt. Excurrerunt ſatis haec obſervata; ſiquidem totam admodum iudicii ſeriem, ſi haec ultima excipias, perſtrinxiſſe mihi videor. Ad haec aurem vellit et admonuit reliqua opuſculi pars, offeruntur que alia quaedam ex XII. tabulis legum fragmenta, quibus dicendum ſit cum OVIDIO

Vos eritis chartae proxima cura meae.

TEN-

TENTAMEN
TERTIUM

Digitized by Google

TENTAMEN III.

QUO ALIA QUAEDAM EX XII. TABULIS LEGUM FRAGMENTA AD TOTIDEM ACTIONES CIVILES SPECTANTIA NOTIS ILLUSTRANTUR.

CONSPECTVS.

Inſtitati ratio.

Cap. I. *Explicat legem Decemviralem de actione* FURTI NEC MANIFESTI *in duplum.*

Cap. II. *Explicat legem Decemviralem de actione* DEPOSITI *in duplum.*

Cap. III. *Explicat legem Decemviralem de actione* TIGNI IUNCTI *in duplum.*

Cap. IV. *Explicat legem Decemviralem de actione de* DISTRAHENDIS RATIONIBUS *in duplum.*

Cap. V. *Explicat legem Decemviralem*
de

Digitized by Google

de actione noxali, de PAUPERIE QUADRUPEDIS.

Cap. VI. *Explicat legem Decemviralem de actione noxali* OB FURTUM SERVI, DAMNUMVE AB EO DATUM.

INSTITUTI RATIO.

QUoniam rurſum de legibus quibusdam, quae in laudatiſſimis illis XII. legum tabulis ſedem habuiſſe dicuntur, hoc ultimo tenuiſſimae induſtriae ſpecimine explicandis illuſtrandiſque, deliberatum fuit; eas in primis, quorum auctoritate *actio civilis*, id eſt: ius quoddam ac facultas in adverſarium intendendi remque ſuam ſecundum iudiciorum civilium ritus ac ordinem perſequendi, Quiritibus tribuebatur, putabam eſſe ſeligendas. Namque ſi celeberrimo CUIACIO fides, *recte maiores noſtri monuerunt, diligentem nobis operam impendendam eſſe,*

eſſe, titulo de actionibus; quia ſcilicet is, ambitu ſuo, complectitur omnes quaeſtiones iuris. [1.]) Et vero, facturum me hac ratione operae pretium, eo credebam facilius, quo magis perſuaſum habeo, neminem fore Eruditorum, qui Romano iuri, quo hodiedum utimur operam dantibus, veteris iuris notitiam neget multo praeſidio ac emolumento eſſe. Quamvis autem (ut ad inſtituti rationem redeam) non pauca in XII. tabularum reliquiis exiſtunt legum fragmenta, queis actiones omnis generis ſtabiliuntur, tamen his omnibus noſtram operam non locabimus; tum quod otium non ſuppetit, tum etiam ut ſi quis forte in aliis eiuſmodi legibus eadem conari voluerit, haberet aliquid

1.) *Operum tom.* X. *col.* 932. *Edit. fol. Neap.* 1722.

quid operis reſidui. Itaque ſenis ſaltem legibus, ob quandam inter ſe ſimilitudinem quodammodo conſpicuis ac inſignibus [2.]) velut e turba ſevo-

❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊❊

2.) Nempe in eo eſt haec ſimilitudo, quod prioribus quidem quatuor legibus, totidem *in duplum* actiones: poſterioribus vero binis, duae item noxales actiones nituntur. Ceterum, quamvis et dupli poena et noxae deditio, nonnullis porro legibus ineſt, tamen, non videbantur eae leges ſibi iſthic locum vendicare; ideo cumprimis, quod ex iis nullae certae actiones proditae legantur; aut ſi quae fuerunt, cito in deſuetudinem abiere: ut adeo, de his, ſubinde in Digeſtorum libris, non perinde ut de noſtris, memoria reperiatur. Enimvero (ut de aliis taceam) lex illa, quae impuberi alienas arbores clam caedenti, verberationis et dupli poenam ſtatuit, non erat huc transferenda; quandoquidem ex hac lege, partim publica, partim civili actione experiundum eſſe palam eſt: rectiuſque adeo dixeris, actionem hanc ex criminali (ut aiunt) et civili mixtam eſſe. Itaque par erat, quum

ſevocatis, notulas animadverſionesque addidimus, de quibus nonnunquam illud fortaſſe EVERH. OTTONIS dictum repetas: *nunquam ita reſtituentur XII. tabulae, quin aliorum induſtriae aliquid ſuperſit.* 3.)

CAPUT I.

Explicatur lex Decemviralis de FURTI NEC MANIFESTI *actione in duplum.*

INſtituenti mihi explicare legem Decemviralem de civili furti actione, illud ſtatim veniebat in mentem, haut facile tantam legum diſſimilitudinem, quanta in furtorum

K coër-

civilium demum iudiciorum ordinem, priori tentamine, dediſſemus, hoc ultimo, civilibus quoque actionibus operam ſolum deſpondere.

3.) *Theſ. iur. Rom. tom.* III. *praef. pag.* 21. *Edit. Lugd. Bat.* 1733.

coërcitione Romanas inter et Lacedaemoniorum leges interceſſiſſe legitur, in tota qua late patet hiſtoria, exhiberi poſſe. Etenim acria ſemper ac ſevera iudicia de furtis habita fuiſſe apud Romanos vel maxime ante XII. tabularum leges, et itidem apud Athenienſes, praeſertim cum Draconis legibus uterentur A. GELLIUS memoriae prodidit. 1.) Sed Lacedaemones hoc delictum poena exemerunt, ſic ſperantes fore, uti a ſuis civibus, iſthoc veluti ludo, et ad inſidias, et ad vigilandi tolerantiam, et ad obrependi celeritatem, quotidiana conſuetudine firmatis, ipſa ſubinde militia in furti ſpeciem exerceretur. 2.) Quae

1.) *Noct. Attic.* VII, 15. *pag.* 407. *Edit. ſaepe. cit.*

2.) A. GELLIUS XI, 18. *pag.* 539. Sed, qui Lacedaemoniorum res fuſius deſcripſit,

Quae opinio tantum valuit, ut eadem quoque Aegyptii furtorum licentia uterentur. 3.) Aſt, ipſa haec diſſenſio permovit Decemviros illos, quos ex allato ab legatis peregrino iure XII. illas tabulas compilaſſe in primo noſtro tentamine diximus, ut Solonis exemplo mediam inirent viam; neque probantes vitioſiſſimam illam

K 2 pa-

legi meretur NIC. CRAGIUS *De Republ. Laced.* III, 12. *pag.* 181. *Edit. apud Pet. Santaren.* 1593.

3.) De his praeter A. GELLIUM *loc. cit.* pulchre ad rem noſtram DIODORUS SICULUS *Biblioth. Hiſtor.* I, 80. *pag.* 72. *Edit. Wechel.* ubi ſic habetur e Graeco: *Tolerabantur autem furta ea conditione, ut qui furtis operam dare cupiebant, apud furum Principem nomen ſuum profiterentur, atque ad illum cuncta furto ſubrepta deferrent. Iam vero ſi quis furto quaedam amiſiſſet, id indicabat illi praepoſito, ſuaque hoc modo facile recuperabat, ita tamen ut quadrantem bonorum amitteret.*

parem in omni fere furto ſeveritatem, neque ex remiſſa plus iuſto lenitate, indulraque peſſima licentia neſcio quae commoda ſperantes. Itaque cum maius ubi furta periculum minitantur, graviorem ſtatutam eſſe poenam oporteat, ſeverius Decemviri in nocturnum, quam in diurnum, ſeverius item in manifeſtum, quam in non manifeſtum animadvertere. 4.) Denique ut par erat, graviores poenas ab ſervo, quam libero, itemque a pubere quam impubere ſumpſere.

4.) De fure nocturno, verba ipſa legis Decemviralis prodidit MACROBIUS *Saturn.* I, 4. *pag.* 201. *Edit. Lugd. Bat.* 1670. Alterius, de fure diurno, teſtimonium extat apud CICER. *Orat. pro Mil.* III. SENEC. *Declamat.* X. QUINCTIL. *Inſt. Orat.* V. GELL. *loc. cit.* Et itidem in iure noſtro in L. 4. D. *ad leg. Aquil.* L. 7. D. *quod met. cauſ.* L. 54. §. 2. D. *de furt.* L. 9. D. *ad leg.*

re. [5.]) Quas leges, quoniam ad nos haut pertinent, ultro miſſas facio, atque ad eius legis illuſtrationem, quae de furto nec manifeſto actionem civilem conſtituebat, hoc eſt, ad inſtitutum aggredior.

Scilicet e veterum teſtimoniis, huiuſmodi fere de furto nec manifeſto in tabula II. legem fuiſſe arbitramur.

K 3 SEI.

Corn. de ſi·ar. De ſurto autem maniſeſto et nec manifeſto, GELLIUS *loc. cit.*

5.) Haec quoque ex auctoritate A. GELLII *loc. cit.* ubi ne mirere, Romanos in ſervis ſupplicium exaſperaſſe: ſuraciſſimum quippe genus mortalium, nulla ſere poena ab hoc delicto abſterreri poterat. Hinc eſt, quod ſervos olim fures dictos legimus apud NONIUM IV. 204. *pag.* 660. et notum eſt illud VIRGILII *Eclog.* III. *v.* 16.

Quid domini faciant, audent cum talia fures?

Neque abſimili modo, furtum, *ſervile probrum* appellant TACITUS *Hiſt.* I, 48. *pag.*

SEI. ADORAT. FURTO. QUOD. NEC. MANIFESTUM. ESCIT. [6.]) DUPLIONE. DA-

402. et SALVIANUS *De Gubern. Dei* VI. *pag.* 501.

6.) Extat hoc totum apud FESTUM XII. *pag.* 271. notatque idem ſcriptor, I. *pag.* 8. verbo *adorare* veteres uſos, pro, *agere*; qua ratione et APULEIUS *Metamorph.* III, 6. *pag.* 73. locutus eſt. Quam ob rem, quis non videat MARCILIUM in *Collect. et interp. ad XII. tab.* LVII. *pag.* 277. in *Ever. Otton. Theſ. iur. Rom. tom.* IV. magno conatu, maximas nugas agere voluiſſe, quando pro, adorat, legit *adulat;* eo, quod conveniens (ut ille ait) ſit furibus adulari, blandiri, atque ita deliniendo fallere. Enim vero, ſi plures eiuſmodi reſtauratores nanciſcamur, ſpes certa eſt fore, uti, brevi tempore, novas plane et accuratiſſimas, ſi Diis placet, XII. tabulas miremur. Ceterum, quod in lege eſt, vetus illud *eſcit*, ſive *eſit*, uſurpabant veteres, pro *ſit*, vel *erit*, teſte FESTO *De verb. ſignific.* V. et VARRONE *De ling. lat.* VIII. ut nihil dicam de particula *nec*, pro *non* poſita. Sed prioris exemplum eſt apud

DAMNATOR. [7]) NI. DAMNUM. DE-CISUM. [8.])

K 4 Id

****

ENNIUM *Annal.* V. *pag.* 60. *Edit. cura Franc. Heſſelii Amſtel.* 1707.

Dum quidem unus homo Romae toga ſupereſcit.

Et apud LUCRETIUM *De rer. nat.* I. *v.* 613.

Ergo rerum inter ſummam minimamque quod eſcit.

7.) Haec verba quamvis a FESTO *loc. cit.* non ſunt adiecta, certiſſima tamen Eruditorum coniectura tenemus. Videatur idcirco CATO et GELLIUS locis infra adducendis. Vide etiam L. 55. §. 1. D. *de adminiſtr. tut.* L. 13. D. *depoſit.* Meminit et dupli poenae, quoniam a Praetore retenta eſt PLAUTUS in *Poenulo* I, 1. *ver.* 55. *ibid.* V. 6. *ver.* 14.

Duplum pro furto mihi opus eſt.

8.) Hoc quoque fragmentum coniectura nititur. Etenim ULPIANUS in L. 7. D. *de cond. furt.* ait: *Si pro fure damnum deciſum ſit, condictionem non impediri veriſſimum eſt: deciſione enim, furti quidem actio, non autem condictio tollitur.* Et in L. 7. §. 14. D. *de*

Id eſt: *ſi quis agit actione furti, quod manifeſtum non ſit, fur dupli damnetur, niſi de damno tranſactum ſit.*

Furtum nec manifeſtum dixere veteres, cum fur in ipſo furto non erat deprehenſus, furtum tamen feciſſe negare non poterat, aliis nimirum vi-

vi-

pactis inquit. *De furto paciſci lex* (nempe, κατ' ἐξοχὴν, pro XII. tab. lege) *permittit.* Effinxerat autem de hoc pacto IAC. GOTHOFREDUS integrum quendam §phum, inſerueratque paullo poſt prius fragmentum, idque his verbis: SI. PRO. FURE. DAMNUM. DECISUM. ESCIT. FURTI. NE. ADORATO. Ego vero, quoniam Decemviros brevitatis ordiniſque ſtudioſſimos fuiſſe compertum habeo, non dubitavi ultimum hoc fragmentum, quum ad prius pertineat, quam poteram brevibus adnectere. Ceterum *damnum decidere* idem eſſe, ac de *damno tranſigere* vel ex citato ULPIANI loco intelligitur.

victus teſtimoniis. [9.] Contra ea manifeſtum erat, cum fur in ipſo furto, antequam eo perveniſſet, quo furtum deferre deſtinaverat, deprehendebatur. [10.] Intelligenda vero lex de omnibus furtis nec manifeſtis, [11.] atque adeo et de furto *uſus*, [12.] de-

 que

9.) Vid. §. 3. I. *de oblig. quae ex del.* L. 8. D. *de furtis.*

10.) Vid. §. 3. I. *de oblig. quae ex del.* L. 3. §. 1. L. 4. L. 5. L. 7. §. 1. D. *de furtis.*

11.) Quod probat locus A. GELLII *Noct. Attic.* XI, 18. *pag.* 540. *Aliis deinde furtis* OMNIBUS, *quae nec manifeſta appellantur*, (Decemviri) *poenam impoſuerunt dupli.*

12.) Elegans in hac re, rigidioris Romanorum diſciplinae exemplum dedit VAL. MAXIMUS VIII, 2. *pag.* 712. *Edit. cum not. Torren. Leid.* 1727. *Multus ſermo eo etiam iudicio manavit, in quo quidam furti damnatus eſt, quod equo, cuius uſus illi usque Atticum commodatus fuerat, ulteriore eius municipii clivo vectus eſſet.* Cui congruit plane alter GELLII locus, VII, 15. *pag.* 407. ubi ſcri-

que eo, quod alterius *ope conſiliove* factum eſt. [13.]) Porro ſi quid mei iudicii

bit, Brutum ſolitum dicere: *furti damnatum eſſe, qui iumentum aliorſum duxerat, quam quo utendum acceperat; item qui longius abduxerat, quam quem in locum petierat. Itaque Q. Scaevola in librorum, quos de iure civili compoſuit, ſexto decimo, verba haec poſuit. Quod cui ſervandum datum eſt, ſi id uſus eſt; ſive quod utendum acceperit, ad aliam rem atque acceperit, uſus eſt, furti ſe obligavit.* Vid. L. 40. L. 54. L. 76. D. *de furt.* L. 7. C. *eod.* L. 5. §. 8. D. *commod.*

13.) De hoc itidem GELLIUS *loc. mox cit.* in hunc modum: *Atque id etiam quod magis inopinabile eſt, Sabinus dicit,* FUREM *eſſe* HOMINIS *iudicatum, qui quum fugitivus praeter oculos forte domini iret, obtentu togae tanquam ſe amiciens, ne videretur a domino, obſtitiſſet.* Eſt et huiuſmodi illud PLAUTI in *Poenulo* I, 1. *ver.* 55.

Negabit, quid tu dubitas, quin extempulo
Dupli tibi auri et HOMINIS FUR *leno ſiet.*

Ceterum, multa in iure civili Iuſtinianaeo, de furto ope et conſilio alterius patrato,

dicii eſt, non ſane ab Atticis legibus, poena in duplum pactioniſve libertas, quae in lege noſtra proponitur, originem habet; etenim DEMOSTHENES haud ita ſimilem Solonis legem protulit de furto nec manifeſto; 14.) quan-

mentio reperitur. Quae res locum dedit quibusdam Eruditis, ut de eo, cuius ope et conſilio furtum factum eſſet, legem quandam expreſſam in XII. tabulis fuiſſe arbitrarentur. Vid. FRANC. BALDUIN. *Comm. ad LL. XII. tab. cap.* XII. *pag.* 63. et PAUL. MERUL. *Oper. poſthum. de LL. Rom.* XVIII. *pag.* 196. Sed iam aliter ſentiunt cordatiores Eruditi; tribuuntque eam formulam, iure conſultorum interpretationi; quibus proinde et noſtrum qualemcunque calculum adiicimus.

14.) *Orat. adv. Timocrat. pag.* 790. *Edit. cura Hier. Wolfii Francof.* 1704. ubi ſic habetur e Graeco: *Convicto autem* (fure) *eorum facinorum, propter quae in vincula licet abripere, non liceat datis vadibus ſatisfacere pro furtis: ſed mors poena eſto. A: ſi quis e Lyceo aut Academia, aut Cynoſarge ve-*

quantumvis hunc ipſum in poena furti nocturni, diurni et manifeſti, plane ſecuti ſint Decemviri. Itaque ſi recte opinor, conſuetudini, moribuſque maiorum ea lex debetur, quandoquidem et his quidpiam Decemviros tribuiſſe, cum leges conderent, iam alias monuimus. [15.]) Ceterum, qui ex hac lege agebat ita ſolebat intendere: REM SIBI FURTO AD-

ſtem, aut laguneulam, aut quicquam aliud minimi pretii, aut aliquod vaſculum e gymnaſiis aut portubus ſurripuerit, ſupra decem drachmas; etiam his morte poenas eſſe luendas (Solon) *ſtatuit. Si quis vero iudicio furti convictus fuerit, ei licere duplum ſolvere aeſtimatae litis: penes vero iudices eſſe, furem praeter argentum, ad quinque dierum totidemque noctium vincula damnare; ut omnes eum vinctum eſſe videant.* Enim vero, quam haec lex a relata XII. tabularum lege diverſa ſit, ſatis, me tacente, quiſquis intelligit.

15.) Confer ſupra dicta *Tentam.* I. §. IV. *not.* 4.) *pag.* 15.

ADVERSARII ABESSE. [16]) Quo ſpectat illud MARTIALIS ineptum cauſidicum exagitantis:

Non de vi neque caede neque veneno,
Sed lis eſt mihi de tribus capellis:
VICINI QUEROR HAS ABESSE FURTO. [17])

Denique quum furti iudicium turpe ſit, qui eo iudicio damnatus eſſet, infamia notabatur. [18])

CA-

16.) QUINCTILIANUS *Declam.* XIII, 10. *pag.* 283. *cura Pet. Burman. Lugd. Bat.* 2720. *Age* (inquit) *ſi mihi alvei furto abeſſent, utrum nulla daretur actio?* Et CUR. FORTUNATIANUS *Art. Rhetor.* III. *pag.* 77. in *Rhet. Lat. Edit. cura Franc. Pithoei Pariſ.* 1599. *Pauper veſtimenta vendebat. Exſiſtit alius pauper, qui vindicabat ea, et furto ſibi abeſſe diceret.*

17) *Epigram.* VI. 19.

18.) CICERO *pro Sext. Roſcio* XXXVIII. *pag.* 186. *Itaque mandati conſtitutum eſt iudi-*

CAPUT II.

Explicatur lex Decemviralis de actione DEPOSITI *in duplum.*

FRaus in depoſito ac fallacia proxima eſt furto. Parum ſcilicet diſtat, ſitne res noſtra furto ablata; an ab eo negetur cuius fidei eſt concredita. Romanis certe eo maior in depoſito interponenda erat religio, quod qui alterius fidem in re depoſita elegiſſet, eam ſibi non minus quam ſi iureiurando adſtricta eſſet, ſacram futuram polliceretur. [1.] Hinc eſt quod

cium non minus turpe quam furti Conf. L. 1. L. 4. §. *ult. de h s qui notant. infam.*

1.) Nimirum huc ſpectat illud IUVENALIS *Satir.* XIII. *ver.* 15.

— ſacrum tibi quod non reddat amicus
Depoſitum.

Et itidem QUINCTIL. *Declam.* CCCXII. *pag.* 616. *Cum quidem aliquis dicit depoſui*

quod veteribus Romanis inexpiabile ſcelus viſum fuiſſe legimus, non modò, ſi quis depoſitum negaſſe, verum etiam ſi de eo negando vel conſilium adornaſſe, diceretur. [2]) At enim

****

apud te, ſcis ipſe: quid aliud videtur advocare, quam Deos teſtes?

2.) Legi meretur hac de re ISAAC. CASAUBONUS *Lect. Theocrit. pag. 85.* Sed id IUVENALIS quoque *Satir.* XIII. *v.* 119. ſatis indicat his verſibus.

Spartano cuidam reſpondit Pythia vates:
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depoſitum retinere.

Reſpexit autem iſthic Iuvenalis procul dubio, ad narrata ab HERODOTO *Hiſt.* VI, 86. *pag.* 360. *Edit. Lugd. Bat. curante Iac. Gronovio* 1715. ubi, quum de Glauco quodam, qui depoſitum reddere dubitarat, Pythiamque idcirco conſuluerat, locutus eſſet, ſubdit: Γλαύκου νῦν οὔτε τι ἀπόγονόν ἐςι, οὐδὲν οὔτ' ἑςίη οὐδεμίη νομιζομένη εἶναι Γλαύκου· ἐκτέτριπταί τε πρόῤῥιζος ἐκ Σπάρτης. οὕτω ἀγαθὸν μηδὲ διανοέεσθαι περὶ παρακαταθήκης ἄλλό γε, ἢ ἀπαιτεόντων ἀποδιδόναι. *Glauci*

enim vero, haud perſtitit ſubinde in ea fide populus Romanus: cuius rei tota quanta eſt, tertia atque decima IUVENALIS ſatira lucūlentiſſimum praebet teſtimonium. [3.]) Sed iam ad Decem-

****

nunc, neque ulla ſupereſt ſoboles, neque domus ulla, quae Glauci cenſeatur: ſed ex ſparta radicitus extrita eſt. Ita bonum eſt, nihil aliud de depoſito cogitare, quam ut repetentibus reddatur.

3.) Longe praeclariſſima eſt haec IUVENALIS ſatira, in qua amicum ſuum, miris modis excruciantem ſe, quod ſibi depoſitum negatum eſſet, hac ſola ratione conſolari nititur, quod iam non nova ſed uſitatiſſima haec fraus habeatur. En! verſus quosdam praecipuos: ſcilicet *ver.* 16.

— ſtupet haec, qui iam poſt terga reliquit
Sexaginta annos, Fonteio Conſule natus?

Et *ver.* 60.

Nunc ſi depoſitum non inficietur amicus,
Si reddat totam veteri cum aerugine follem,
Prodigioſa fides et Tuſcis digna libellis;
Quaeque coronata luſtrari debeat agna.

Denique *ver.* 71.

cemviros veniamus: quos ego quidem non dubito, in legibus XII. tabularum de depoſito caviſſe; quantumvis in plurimorum ad haſce leges editis commentariis, altius quam par erat ſilentium fieri videas. 4) En! legis ſententiam ex tabula tertia, velut ab IAC. GOTHOFREDO, ad imitationem ceterarum, expreſſa eſt.

SEI. QUID. ENDO. DEPOSITO. DOLO. MALO. FACTUM. ESCIT. DUPLIONE. LUITO. 5)

L Sive:

Intercepta decem quereris ſeſtertia fraude
Sacrilega. Quid ſi bis centum perdidit alter
Hoc arcana modo?

4) Mirum videtur hos inter et HOTTOMANNUM eſſe, qui alias multa cum induſtria, XII. tabularum fragmenta, et ſi haec defuiſſent, ſententias ſaltem, collegit.

5) Huius legis verba intercidere quidem; ſed pepercit tamen vetuſtas, luculentiſſimo PAULLI teſtimonio *Recept. ſent.* II, 12.

Sive: *ſi quid in depoſito dolo malo factum erit, depoſitarius poenam dupli pendat.*

Origo legis, ſatis congrue ac expedite, ex iure Attico ducitur: quandoquidem et Athenis δίκη παρακαταϛήκης conſtituta legitur. [6.]) Maior eſt inter Eruditos controverſia, quo potiſſimum caſu poenae in duplum locus

pag. 61. *Edit. cura Conr. Rittersh. Noriberg.* 1594. in haec verba: *Ex cauſa depoſiti lege duodecim tabularum in duplum actio datur.* Porro ENDO dixere veteres pro *in* teſte FESTO V. *pag.* 129. Ita ENNIUS *Annal.* VII. *pag.* 74. *Edit. cura Franc. Heſſelii Amſtel.* 1707.

Conſilio endo foro lato ſanctoque ſenatu.

Duplionem porro *antiqui dicebant, quod nos duplum; venit autem a Graeco* δίπλυν. Verba ſunt FESTI IV. *pag.* 125.

6.) Conſulatur IUL. POLLUX *Onomaſt.* VIII, 6. pag. 868. *Edit. Amſtel. cura varior.* 1706.

cus ſit? Equidem quum Decemviros de dolo malo in genere locutos eſſe veri ſimillimum ſit, crediderim ſane, toties veteri huic actioni locum fuiſſe, quoties dolo malo depoſitarii, res depoſita non reddebatur. Atque adeo, ſive is faſſus eſſet, ſe depoſitum accepiſſe, ſive etiam negaſſet, quoniam tamen perinde utroque modo, qui depoſuit, ab depoſitario non reddente decipitur, nihil eſt quamobrem ſibi iſthic diſcrimen fingant Eruditi. 7.) Verum non videtur

7.) Equidem diſcrimen nullum reperio. Plerique perfidiam maiorem putant, ſi quis neget omnino ſe depoſitum accepiſſe: ſed mihi ſane is videtur aeque reus, qui etſi non diffiteatur ſe depoſitum accepiſſe, nihilo ſecius illud reddere detrectat. Quin imo, vix factum eſſe arbitror, ut quis depoſitum fateatur, et non reddat. Quid enim quaeſo cauſae inter-

tur magnus ille CUIACIUS haec atque ſimilia ſatis animo volviſſe. Igitur quum ſemel atque iterum legiſſet; actionem depoſiti, inficiatione in duplum creſcere, [8.] confidenter aſſeruit: hanc, quam proponimus ex XII. tabulis actionem, adverſus inficiatorem tantum competiiſſe. [9.] Enim-

ſeret eiuſmodi depoſitarius? quandoquidem compenſationi in depoſito, etiam ante Iuſtinianum, i. e. iure veteri locus non fuit, ceu patet ex PAULLI *Recept. ſent.* II, 12. *pag.* 33. *Edit. Pariſ.* 1558.

8.) Nempe in §. 26. I. *de act.* et apud PAULLUM *Recept. ſent.* I, 27. in quibus locis quemadmodum intelligendum ſit verbum *inficiari* docebitur infra ſcholio 15.)

9.) Sic enim ab eo ſcriptum eſt in notis ad §. 26. I. *de action. pag.* 238. *Edit. cit. tom. I.* — *nec ex lege XII. tabularum in duplum depoſiti agebatur quacunque ex cauſa depoſitum eſſet, niſi in inficiatorem.* Fidum certe iurantemque in verba Magiſtri, hac etiam in opinione, habuit Cuiacius cariſſimum

Enimvero, dum ſic exiſtimat vir doctiſſimus, mihi quidem (ſi dicere fas eſt) dupliciter labi videtur. Primum ſcilicet, quod inficiari idem putat eſſe, atque negare ſe depoſitum accepiſſe; [10.]) deinde vero, quod actionem depoſiti, quae inficiatione ſolum in duplum creſcit, et ſerius multo introducta eſt, cum hac noſtra permiſcet. [11.]) Quin potius, eo tempo-

ſibi diſcipulum FRANC. PITHOEUM. Is enim in eadem ſententia eſt, in notis ad COLLAT. LL. *Moſ. et Rom.* X. *pag.* 42. *Edit. Pariſ.* 1689.

10.) Quippe in expoſitione ad libros IV. Codicis *tit. depoſiti pag.* 986. *tom.* X. haec habentur: *Verum hodie* (actio depoſiti) *uno tantum caſu eſt in duplum, et quidem ex inficiatione, id eſt ſi abnegaverit depoſitum, ſi dixerit apud ſe rem non eſſe depoſitam.* Attamen non videri genuinam hanc vocis *inficiari* interpretationem, infra ſcholio 12.) notabimus.

11.) Nimirum haec probant ea quae ſcho-

re, quo haec noſtra lex adhucdum obtinuit, actionem in quadruplum, adverſus eum, qui iudicio damnatus nihilo ſecius depoſitum non reddebat, (is enim depoſitum inficiari [12]) dicebatur) conceſſam fuiſſe, apud QUIN-

lio 9.) inſeruimus. Profecto ſerius inductam inventamque eſſe hanc actionem probavit SCHULTING *Iuriſprud. anteiuſt. pag.* 771.

12.) Quid enim clarius his QUINCTILIANI *Declam.* CCXLV. *pag.* 435. *Inficiari eſt depoſitum nolle ſolvere. Itaque ne actio quidem haec dari poteſt, niſi adverſus eum qui damnatus fuerit.* Eodem quoque modo verbo inficiari uſus eſt CICERO *De officiis* III, 16. *pag.* 333. quum ſcripſit: — *ex XII. tabulis ſatis* eſſe *ea praeſtari quae eſſent lingua nuncupata, quae qui inficiatus eſſet dupli poenam ſubiret.* Enim vero, quum inficiari plerumque non pro iudiciali inficiatione, id eſt, contumacia, ſed pro ſimplici negatione ſumatur; pronum erat labi CUIACIUM, qui hunc Quinctiliani locum non viderat.

QUINCTILIANUM reperio. [13.]) Ac huius quidem actionis, nemo adhuc iure conſultorum, quod norim, mentionem fecit. Neque erat cur ſolliciti eſſent, quod haec omnia, ſuo more, ſubinde mutavit Praetor; conceſſa ſolum in ſimplum actione, praeterquam ſi res tempore tumultus,

L 4 in-

13.) Scilicet huiuſmodi textus extat in *Declamat.* CCXLV. *pag.* 434. QUI DEPOSITUM INFICIATUS FUERIT QUADRUPLUM SOLVAT. *Inficiari eſt depoſitum nolle ſolvere itaque ne actio quidem haec dari poteſt, niſi adverſus eum qui iudicio damnatus fuerit. Eo enim tempore quaeratur neceſſe eſt, an habeat pecuniam et an inficietnr: neque omnino quadruplum ſolvere debet niſi ſimul convictus: quare ſi hanc tantum negaſſet aliquando, et poſtea obtuliſſet, non tamen poterat videri quadruplo obligatus*, mitto cetera, quae ſibi quoniam vetuſtate detrita ſunt parum conſtant. Sane ſatis probant ſuperiora verba, fuiſſe actionem quandam in quadruplum, ſi quis depoſiti iudicio damnatus, adhuc non redderet.

incendii, ruinae vel naufragii depoſita, (miſerabile depoſitum vocant) negata eſſet; quo caſu, veterem dupli poenam retinuit.[14]) Aliarum quoque actionum exem-

14.) En! edictum Praetoris ex L. 1. D. *depoſ.* QUOD NEQUE TUMULTUS NEQUE INCENDII, NEQUE RUINAE, NEQUE NAUFRAGII CAUSSA DEPOSITUM SIT, IN SIMPLUM: EARUM AUTEM RERUM, QUAE SUPRA COMPREHENSAE SUNT, IN IPSUM IN DUPLUM, IN HEREDEM EIUS, QUOD DOLO MALO EIUS FACTUM ESSE DICETUR, QUI MORTUUS SIT, IN SIMPLUM: QUOD IPSIUS, IN DUPLUM IUDICIUM DABO. *Haec autem ſeparatio cauſarum* (ait ULPIANUS in d. L. 1. §. 4.) *iuſtam habet rationem: quippe cum quis fidem elegit, nec depoſitum redditur, contentus eſſe debet ſimplo. Cum vero extante neceſſitate deponat, creſcit perfidiae crimen, et publica utilitas coercenda eſt, vindicandae rei publicae cauſa.* Patet ſane ex his verbis, poenae in duplum ſtatim locum eſſe, cum depoſitum miſerabile non redditur; minime vero accedente demum iudiciali inficiatione, quod exiſtimabat BÖHMERUS *Tract.*

exemplo, praetoria depoſiti actio, inficiatione iudiciali, ſive *contumacia*, in duplum creſcit iure recentiori. 15.) Praeterea illud quoque hic oportet

 me-

****

de action. II, 8. 23. *pag.* 539. *Edit. Francof.* 1745.

15.) Vide §. 26. I. *de action.* qui explicandus et corrigendus eſt ex textu PAULLI *Recept. ſent.* I, 27. ubi ſic habetur: *Quaedam actiones ſi a reo infitientur duplantur*, *velut iudicati*, *depenſi*, (corrigit optime CUIACIUS *depoſiti*) *legati per damnationem relicti*, *damni iniuria legis Aquilliae*, *item de modo agri cum a venditore emtor deceptus eſt.* Non dubium eſt melius intellexiſſe Paullum, quid ſit inficiari, quam qui Inſtitutiones iuris compoſuit, Tribonianus nimirum, iam toties ab Criticis, ob ignorationem veterum vocabulorum, reprehenſus. Ait enim Paullus: *ſi actiones infitientur*, quod ſane aliud nihil ſonat, quam poſtquam quis iudicio damnatus eſt, adhuc nolle ſolvere; quod ipſum ſcilicet eſt *infitiari depoſitum*, ceu ſupra ſcholio 12.) docuimus.

meminiſſe, dolum depoſitarii ex noſtra hac lege, non quidem, ut quidam exiſtimant, duplicibus fructibus; ſed dupli eius rei praeſtatione, quam quis cuſtodiendam tradiderat, puniri. Formula autem actionis, huiuſmodi fere videtur fuiſſe: AIO TE MIHI DEPOSITI NOMINE CENTUM DARE OPORTERE, QUOD DOLO MALO DEPOSITUM NON SIT REDDITUM.[16.] Ceterum, cum qui hoc depoſi-

16.) Conflata eſt formula, tum ex communi actionum perſonalium intentione; tum ex ipſa actionis natura et verbis legis.

17.) Vid. L. 1. L. 6. §. 6. *de his qui not. infam.* Nae idipſum quoque vult CICERO pro *Q. Roſcio* VI. *pag.* 240. *Si qua* (inquit) *ſunt privata iudicia ſummae exiſtimationis, et poenae dicam capitis tria haec ſunt*: FIDUCIAE, *tutelae*, *ſocietatis*. Ubi ſub verbo *fiducia*, omnem *contractum*, in quo vel maxime fides ſpectatur, velut *mandati*, *pignoris et depoſiti*, ſubaudiendum eſſe, docti monent ſcholiaſtae.

poſiti iudicio condemnatur, ob dolum damnatur; conſequens eſt, eum non minus ac in furto infamem fieri. [17.])

CAPUT III.

Explicat legem Decemviralem de actione de TIGNO IUNCTO *in duplum.*

MAgnam curam habuere veteres Romani urbis ſuae, atque adeo aedificiorum cumprimis et vinearum. Eius rei teſtimonium eſſe poteſt lex quaedam in duodecim, quae tignum alienum, aedibus vineiſve iunctum vindicare ac ſolvere prohibuit, ne aut aedificiis hac ratione dirutis deformaretur urbis aſpectus, aut vinearum utiliſſima ſane cultura impediretur. Itaque in eum qui convictus erat alienum tignum aedibus iunxiſſe, in duplum actio fuit conſtituta.

tuta. Verba legis ex tabula ſexta huiuſmodi fuiſſe videntur.

TIGNOM. IUNCTOM. AEDIBUS. VINAEVE. CONCAPES. NEI. SOLVITO. [1.]) AST. QUI. IUNXIT. DUPLIONE. DAMNATOR. [2.])

Id

1.) Verba haec apud FESTUM XVIII. *pag.* 569. ſuperſunt, eaque hoc modo IOS. SCALIGER reſtituit, a quo vel CUIACIUM in *Parat.* D. *de tigno iuncto* diſſentire puduit. *Concapes* autem repoſuit Scaliger, pro veteri ſcriptura *concapet:* quippe concapes ait fuiſſe in vineis, quod in aedibus tigna; quod haberent caput ſuum cum capite vineae comiſſum. Unde, quemadmodum a capite veniunt biceps, triceps, ita et concapes; quaſi iunctum caput. Eam emendationem reiicit IAC. GOTHOFREDUS, atque inauditum verbum comminiſcitur, ſubiicitque pro concapes, *concapet;* quod priſce poſitum putat pro *vindicet*, nullo auctore. Equidem Scaligeri lectionem, lubens retineo.

2.) De dupli poena innumera, ut ita dicam, ſunt teſtimonia. Videſis igitur L.

Id eſt: *tignum, ſive omnis materia aedibus aut vineis iuncta,* 3.) *ne ſolvatur: ſed qui iunxerit dupli poenam praeſtet.* Un-

❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋❋

1. D. *de tigno iuncto.* L. 23. §. 6. D. *de rei vindic.* L. 6. D. *ad exhibend.* L. 36. D. *de donat. int. vir. et uxor.* L. 7. §. 10. D. *de adquirend. rer. dom.* L. 98. D. *de ſolut. et liber.* Hinc iure merito dixeris, celeberrimam eſſe hanc legem in iure noſtro; nullius enim perinde crebra extat memoria.

3.) Haec auctore FESTO XVIII. *pag.* 569. ubi ſic ſcribit: *Tignum non ſolum in aedificiis quo utuntur appellatur, ſed etiam in vineis.* Clarius tamen GAIUS in L. 62. D. *de* V. S. *Tigni appellatione in lege duodecim tabularum omne genus materiae, ex qua aedificia conſtant, ſignificatur.* Et ULPIANUS in L. 1. §. 1. D. *de tign. iunct.* ait: *Tigni appellatione continetur omnis materia ex qua aedificium conſtet vineaeque neceſſaria. Unde quidam aiunt: tegulam quoque et lapidem et teſtam, ceteraque, ſi quae aedificiis ſunt utilia. Tigna enim a tegendo dicta ſunt. Hoc amplius et calcem et arenam tignorum appellatione contineri.* Confer L. 7. D. *ad exhib.* L. 7. §. 10. D. *de aquir. rer. domin.*

Unde hanc legem ſumſerint Decemviri non ſatis conſtat; attamen vix eſt ut ex iure Attico derivetur. Ac niſi e Regiis legibus, aut antiquis moribus ſit; certe finitimis Italiae populis, quorum quoque iura ſcrutati ſunt Decemviri, originem ſuam debet. Quidquid ea de re ſit ſolliciti non ſumus, ſed ad legis ſententiam progredimur. Hic primum iſtud extra controverſiam eſt, de eo tigno intelligendam eſſe legem, quod ſine voluntate domini iunctum fuerit. 4.) Ambigitur autem, utrum de fur-

4.) PAULLUS in L. 63. D. *de donationib. int. vir. et uxor.* haec notat: *De eo, quod uxoris in aedificium viri ita coniunctum eſt, ut detractum alicuius uſus eſſe poſſit, dicendum eſt agi poſſe, quia nulla actio eſt ex lege duodecim tabularum: quamvis* (corrigo *quod*) *Decemviros non ſit credibile de his ſenſiſſe, quorum voluntate res eorum in alienum aedificium coniunctae eſſent.*

furtivo ſolum tigno, hoc eſt, de eo, quod quis ſciens alienum eſſe, ſine domini voluntate iunxit, an potius ſimul de eo lex ſenſerit, quod bona fide iunctum ſit, quodque ſuum quis eſſe putabat. [5.] Equidem facile rem expediri cenſeo, ſi de tribus caſibus intelligatur: ſcilicet cum de duobus dictis, tum etiam de eo caſu, quo quis tignum ab alio ſubreptum, ignorans aedificio ſuo iunxit: idque ob eam rationem, quod ſi tignum apud eum

5.) FRANC. HOTOMANNUS *Antiquit. Rom.* III. *pag.* 465. *Edit. apud Euſtath. Vignon* 1600. de tigno furtivo et non furtivo legem intelligit. At CUIACIUS de furtivo ſolum tigno intelligendam eſſe monet pluribus locis. Vide eius expoſitionem ad *Tit.* D. *ad exhibendum pag.* 613. *tom.* VII. et *Paratitl. in lib.* XLVII. D. *tit.* II. *pag.* 865. *tom.* I. *Edit. Neap. fol.* 1722. Eum ſequitur quoque VINC. GRAVINA *Orig. iur. civ.* II. 54. *pag.* 214.

eum inventum fuerit, id furti concepti genus eſt. 6.) Porro in his caſibus diſcrimen hoc intercedit, ut qui mala fide iunxit praeter dupli poenam, ad ipſum etiam, rei pretium, actione rei vindicationis conveniatur: 7.) contra ea, qui bona fide iun-

6.) Ita CUIACIUS et GRAVINA *lo. it.* Hic tamen in eo falli videtur, quod actionem ex XII. tabulis hoc tantum caſu conceſſam fuiſſe arbitratur. Ceterum, furtum *conceptum* dicitur, quando res furtiva, ſolemni ritu per lancem et licium quaeſita, et apud aliquem, qui licet fur non ſit, rem tamen furtivam eſſe ſciverit, inventa eſt. §. 4. I. *de oblig. quae ex delict* L. 8. C. *ex quib. cauſ.* Vide ABR. WIELINGII *Diatrib. de fur. per lan. et lic. Marpurg.* 1719.

7.) Hoc nimirum indicat ULPIANUS in L. 1. §. 2. D. *de tigno iuncto* his verbis: *non enim ſic eum convenimus, quaſi poſſidentem; ſed ita, quaſi dolo malo fecerit, quo minus poſſideat.* Enimvero, quum actionem ad exhibendum dandam eſſe ait, quae praeparatoria eſt rei vindicationis, recte, meo

iunxit, in duplum ſolum, ſubaudito rei pretio, condemnetur; aequum enim eſt eum ſolvere, non modo quanti tignum eſt, verum etiam quanti domino intereſt, ſiquidem ſuas forſan aedes vineaſve fulcire voluiſſet: [8.]) cumque in eo quod cuiusque intereſt probando ac dilucidando multum ſemper negotii ſit, propterea lex XII. tabularum, dupli poenam in hoc genere conſtituiſſe videtur. [9.]) Denique qui oblatum ſibi

M ti-

quidem iudicio, cum HOTOMANNO *loc. ſup. cit.* dici poteſt, hunc Ulpiani locum ſic interpretandum eſſe; ſecus enim inutilis foret ad exhibendum actio, quoniam lex XII. tabularum tignum eximi ac ſolvi prohibuit

8.) Et hoc eſt procul dubio illud tigni pretium, de quo mentio fit in L. 98. D. *de ſolut. et liber.*

9.) Vide L. 24. D. *de reg. iur.* L. 11. D.

tignum furtivum, ignorans, iunxerit, non videbatur ſane in triplum condemnari debere, ut alias actione praetoria furti concepti; 10.) ſed quoniam eiuſmodi tigna ſunt inventu facillima, (praeſertim in vineis) legem Decemviralem, quam proponimus, ad hunc caſum traxere iureconſulti, ita quidem, ut is, qui hac actione reus erat iudicatus, ab eo qui obtulit, quidquid per eam domino praeſtiterit, repetere poſſit. 11.) Illud

de ſtipul praet. HOTOMAN. *Diſput. de eo quod intereſt cap.* IV. *pag.* 729.

10.) Furti *concepti* fuiſſe tripli poenam iure praetorio; ex legibus vero XII. tabularum eandem quae furti manifeſti, docet A. GELLIUS *Noct. Attic.* XI, 17. *pag.* 540.

11.) Vid. §. 4. *Inſt. de oblig. quae ex delicto naſc.* et CUIACIUS in *tit.* IV. D. *ad exhibend. pag.* 613.

Illud hic ſingulare eſt; quod ab eo qui bona fide tigno alieno uſus eſt, diruto aedificio, aut purgata vinea demtiſque pedamentis illis ſive perticis, quae ad tempus vineis iunguntur, dominus tignum ſuum, ſi duplum nondum ſit conſecutus, per rei vindicationem recipiat; nunquam enim hoc caſu dominus eſſe deſinit. [12.]) Porro, actionis huius formula.

[12.]) Vide §. 29. I. *de rer. diviſ.* ubi haec habentur: *Quod ſi aliqua ex cauſa dirutum ſit aedificium, poterit materiae dominus, ſi non fuerit duplum iam conſecutus, tunc eam vindicare et ad exhibendum de ea re agere.* Et L. 7. §. 10. D. *de adquir. rer. dom.* – *Nec tamen ideo is, qui materiae dominus fuit, deſiit eius dominus eſſe: ſed tantiſper neque vindicare eam poteſt, neque ad exhibendum de ea agere, propter legem XII. tabularum*, cet. Praeterea huc ſpectat fragmentum illud ex XII. tabulis apud FESTUM XVII. *pag.* 481. additum priori fragmento reſtitutumque ab IAC. GOTHOFREDO in hunc modum: TI-

mula varia fuit; quandoquidem ſi furtivum tignum fuiſſet furti formula adhibebatur; ſin minus, communis illa actionum perſonalium: AIO TE MIHI DARE OPORTERE. 13.) Idem quoque de laeſa exiſtimatione dicendum. 14.)

CA-

GNA. QUANDOQUE. SARPTA. DONEC. DEMTA. ERUNT. VINDICATO. Malim tamen pro tenuitate mea ſic reſtitui: QUANDOQUE. SARPTA. (id eſt *purgata*) VINEA. ESCIT. DONICUM. DEMTA. ERUNT. TIGNA. VINDICARE. IUS. ESTO.

13.) Videatur BARN. BRISSONIUS *De formulis* V. *pag.* 372. *Edit. Mogunt.* 1649.

14.) Arg. L. 8. C. *ex quib cauſ. infam.* Conſ. CUIACIUS *Paratitl. in lib.* XLVII. D. *tit.* II. *pag.* 866. *tom.* I. Quod ſi ignorans furtivum tignum iunxit, idque apud eum conceptum ſit; non videtur propterea exiſtimationis ſuae iacturam feciſſe. Vid. *d.* L. 8. C. *ex quib. cauſ. infam.*

CAPUT IV.

Explicat legem Decemviralem de actione de DISTRAHENDIS RATIONIBUS *in duplum.*

IIdem Decemviri, qui pupilli vitam ac bona tutoribus concrediderunt, 1.) opem quoque tulerunt pupillis adverſus perfidiam illorum, duplici tutelae actione prodita. Altera,

1.) Leges hac de re huiuſmodi ſunt proditae: PATER. FAMILIAS. UTEI. LEGASSIT. SUPER. PECUNIAE. TUTELAEVE. REI. SUAE. ITA. IUS. ESTO. Et item: SEI. PATERFAMILIAS. INTESTATO. MORITUR. QUOI. IMPUBES. SUUS. HERES. ESCIT. ADGNATUS. PROXIMUS. TUTELAM. NANCITOR. Denique: SEI. FURIOSUS. EXISTAT. AST. OLOE. CUSTOS. NEC. ESCIT. ADGNATOROM. GENTILIOMQUE. IN. EO. PECUNIAQUE. EIUS. POTESTAS. ESTO. Vide ſi placet de his fuſius COMMENTATORES *ad* XII. *tab.* quos in *Tent.* I. §. II. recenſuimus.

tera, qua dolum tutoris fraudulenter tutelam gerentis coërcebant; [2]) altera

* *

2.) Hoc nimirum eſt *ſuſpecti crimen*, quod ex lege XII. tabularum deſcendere, ipſe agnoſcit IMPERATOR in *pr.* I. *de ſuſpect. tutor.* cui reſpondet VLPIANUS L. 1. §. 2. D. *eod.* Suſpecti autem dicuntur tutores, qui vel non ex fide tutelam gerunt, ſive dolo malo, ſive culpa et negligentia non ſatisfaciunt officio, vel moribus ſuſpicionem movent. §. 5. §. *ult.* I. *de ſuſpect. tutor.* L 8. D. *eod.* Omnibus autem patebat ſuſpecti tutoris accuſatio; unde quaſi publica dicitur in §. 3. I. *d. t.* et L. 1. §. 6. D. *eod.* Suſpectis hac actione factis, primo omnium adminiſtratione tutelae interdicebatur, et interim dabatur curator. L. 7. C. *eod.* Deinde, ſi vel dolo malo, vel culpa ſua, parum diligenter tutelam geſſiſſe appareret, removebantur. L. 3. §. 5. 12. D. *de ſuſpect. tutor.* Et quidem, ſi dolus vel lata culpa interceſſerat, cum infamia. L. 7. §. 1. D. *eod.* et §. 6. I. *eod.* Nonnunquam etiam, ſi inſignis tutoris pelluceret fraus, factumve atrocius, ad Praefectum urbi remittebatur, extra ordinem puniendus. §. 10. I. *eod.*

altera autem, qua duplum repetebant eius, quod tutores conturbatis diſtractiſque rationibus, e rebus pupilli averterant atque ſubtraxerant; eaque actio DE DISTRAHENDIS RATIONIBUS dicta. [3]) Quo minus

3.) Vid. L. 2. D. *de tut.* ET RATIONIBUS DISTRAHENDIS *et util. cur. cauſ. act.* Diſtrahere autem rationes, eſt conturbare et ſeparare rationes; ut diſtrahere funus in L. 5. D. *ad leg. Iul.* Unde dicimus quoque *diſtrahere cohaerentia*, CICER. *De officiis* III, 3. *diſtrahere hoſtem*, TACIT. *Annal.* I, 60. Et SENECA *Epiſt.* II. ait: *diſtrahit animum librorum multitudo.* Praeterea notat CUIACIUS *Interpr. ad Paul. Sent. Recept.* II, 31. *pag.* 407. *tom.* I. quum actionem de diſtrahendis rationibus dicimus, *diſtrahendis* poſitum eſſe pro *diſtractis*; ut cum dicimus, teſtamenti faciendi, litis conteſtandae, rei iudicandae. Equidem non dubito, inde inprimis factum eſſe ut tam inuſitatum nomen huic actioni tribueretur, quod iureconſulti haec verba, procul dubio, ex XII. tabulis deſumſerint, quod novum non eſ-

ferendi ſunt, qui duo haec iudicia, non dubitant pro uno habere, turpiterque confundere ac permiſcere; 4.) quantumvis ea ipſa Digeſtorum compilatores velut de induſtria, quo huiuſmodi errorem longius removerent, diſcreviſſe videantur. 5.) Hinc quoniam in ipſis adeo legibus diſcrimen fuiſſe credimus, vel doctiſſimi IAC. GOTHOFREDI veſtigia, in recenſendis eorum verbis, haut duxi-

ſe, nemo tam eſt in iuriſprudentia hoſpes, qui neſciat.

4.) Ex horum numero nominari meretur FRANC. BALDUINUS *Comm. ad XII. tab. leg. cap.* XL. Nam qui eum ſecuti ſunt, ſuis commentariis vix operae pretium fecere.

5.) Quippe in duobus diverſis titulis, de hiſce actionibus agitur. De priori ſcilicet titulo X. libri XXVI. de altera vero titulo III. libri XXVII.

duximus eſſe premenda: [6] ſed quoniam disiunctam, de diſtractis a tutore rationibus, legem in tabula ſeptima exaratam arbitramur, eius verba, ſiquidem eum conatum probas Erudite Lector, in hunc modum repraeſentamus.

SEI. TUTOR. DISTRAHENDO. RATIONES. PUPILLOM. RE. QUADAM. FRAUDASSIT. DUPLIONE. LUITO. [7]

 Sive:

[6] Lex quam producit vir doctiſſimus, talis eſt: SI. TUTOR. DOLO. MALO. GERAT. VITUPERATO. QUANDOQUE. FINITA. TUTELA. ESCIT. FURTUM. DUPLIONE. LUITO. Tuam fidem Lector! Numquid de una eademque actione iſthic ſermonem eſſe dicas, ſi legis verba ſolum ſpectes?

[7] Conflata eſt lex primum, ex inſcriptione tituli III. *lib.* XXVII. D. *de tut. et* RATIONIBUS DISTRAHENDIS, *et utili cur. cauſ. act.* et L. 2. D. *eod.* ubi PAULLUS ait: *Actione (de)* DISTRAHENDIS RATI-

Sive: *ſi tutor couturbando pupilli rationes,*

ONIBUS *nemo tenetur, niſi, qui in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abſtulerit.* Deinde autem, quod ſequitur: *pupillum re quadam fraudaſſit*, ea phraſi ſaepiſſime utebantur veteres, in huiuſmodi genere. Ita HORATIUS *Carm.* I, 3. *ver.* 28. quum diceret, temerarium Iapeti filium, (Prometheum nempe) populis, *furto improbo*, ignem advexiſſe, his utitur verbis:

Audax Iapeti genus
Ignem FRAUDE MALA *gentibus intulit.*

Quin immo ipſe CICERO pro *Sext. Roſc.* VI. pro *Caecina* III. de huiuſmodi tutoribus diſſerens, hac ſemper phraſi utitur: *pupillum fraudare.* Et itidem *ad Attic.* I, 1. inquit: *Cum Caecilius a Vario magna pecunia fraudaretur.* Porro *fraudaſſit* dixiſſe veteres pro *fraudaverit*, ut *legaſſit*, pro legaverit, vel lippis et tonſoribus notum. Denique dupli poenam quod attinet TRYPHONINUS in L. 55. §. 1. D. *de adminiſtr. et peric. tut.* ſic ſcribit: *Sed ſi ipſi tutores rem pupilli furati ſint, videamus an ea actione, quae proponitur ex lege* XII. *tabularum adverſus tutorem in duplum, ſinguli in ſolidum te-*

tiones, eius rem quandam interceperit, eumque adeo fraudaverit, dupli poenam luat.

Tranſtulere procul dubio Decemviri hanc noſtram actionem, ceu complures alias, ex Atticis legibus: quippe non abſimilem tutelae actionem Athenis fuiſſe, aliquot DEMOSTHENIS locis haud obſcure innuitur. [8.]) Animadvertendum porro eſt, actionem hanc, finita demum tutela. inſtitui potuiſſe, [9.]) in quo inprimis a priore diſcre-

✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤✤

neantur: cet. Conf. L. 1. §. 20. D. *de tut. et rat. diſtrah.* cuius verba infra dabimus *ſcholio* 10.)

8.) Prolixum eſſet, verba, quae id innuunt, tranſcribere. Vide Eius orationes in *Aphobum pag. 895.* in *Onetorem pag.* 919. et in *Nauſimachum pag. 997. Edit. cur. Hier. Wolffio. Francof.* 1603.

9.) ULPIANUS in L. 1. §. *ult.* D. *de tutel. et rat. diſtrah.* cuius verba haec ſunt: *Haec*

diſcrepat. Poenam dupli quod ſpectat, ea revera ſimpli eſt, ſcilicet, ut praeter rem, quae ex pupilli rationibus abeſt, aeſtimatio praeſtetur. 10.) Enim vero aequum erat, huic delicto leviorem poenam ſtatui: quum is tutor, qui per diſtractas rationes, quidpiam e pupilli bonis abeſſe patitur, non tam furtum facere, velamine quodam adminiſtrationis, quam perfide agere intelligeretur.

actio (ſcilicet de diſtrahendis rationibus) *tunc competit, cum et tutelae actio, (eſt) hoc eſt finita demum tutela.*

10.) Quamobrem rurſum ULPIANUS in L. 1. §. 20. D. *d. t.* haec monet: *Conſiderandum eſt in hac actione, utrum pretium rei tantum duplicetur, an etiam quod pupilli interſit? Et magis eſſe arbitror, in hac actione, quod intereſt, non venire, ſed rei tantum aeſtimationem.* Et itidem PAULLUS in L. 2. §. 2. D. *eod.* in hunc modum: *Haec actio licet in duplum ſit, in ſimplo rei perſecutionem continet: non tota dupli poena eſt.*

retur. 11.) Quamobrem ſi omnino furandi animo, rem ſubripuiſſe tutorem appareret, praeterea furti actione uti licebat. 12.) Ceterum patet, formulam noſtrae actionis hanc admodum fuiſſe: AIO TE MIHI CENTUM

11.) Teſtatur id TRYPHONINUS in L. 55. §. 1. D. *de adminiſtratione et perit. tut.* his verbis – *ſed tutores, propter admiſſam adminiſtrationem, non tam invito domino contrectare eam videntur, quam perfide agere.*

12.) Quippe ULPIANUS in L. 1. §. 22. D. *de tut. et rat. diſtrah.* ait: *Hunc tamen tutorem, qui intercepit pecuniam pupillarem, et furti teneri Papinianus ait: qui, etſi furti teneatur, hac actione conventus, furti actione non liberatur. Nec enim eadem eſt obligatio furti ac tutelae, ut quis dicat plures eſſe actiones eiusdem facti, ſed plures obligationes: nam et tutelae et furti obligatur.* Cui plane congruunt, quae PAULLUS in L. 2. D. *eod.* ſcripſit: *Quod ſi furandi animo fecit,* (tutor) *etiam furti tenetur. Utraque autem actione obligatur, et altera alteram non tollet.*

TUM DARE OPORTERE, QUOD MIHI QUINQUAGINTA EX RATIONIBUS TUTELAE ABSINT. 13.) Unde illud quoque in promptu eſt, eum, qui hac actione reus eſſet iudicatus, exiſtimationis nominiſque ſui iacturam feciſſe. 14.) CA-

13.) Vide IOH. CALVINI *Lexicon magn. iurid. voce* diſtrahere *pag.* 293. *Edit. Genev.* 1689.

14.) Quo ſpectat procul dubio illud CICERONIS pro *Q. Roſcio* VI. *pag.* 240. *Si quae ſunt privata iudicia ſummae exiſtimationis, et paene dicam capitis, tria haec ſunt: fiduciae,* TUTELAE, *ſocietatis. Aeque enim perfidioſum eſt fidem frangere, quae continet vitam, et* PUPILLUM FRAUDARE, *qui in tutelam pervenit, et ſocium fallere, qui ſe in negotio coniunxit.* Et clarius adhuc pro *Caecina* III. *pag.* 476. -- *qui per* TUTELAM, *aut ſocietatem, aut rem mandatam, aut fiduciae rationem* FRAUDAVIT *quempiam, in eo quo delictum maius eſt, eo poena eſt tardior. Eſt enim* TURPE IUDICIUM. Conf. L. I. D. *de his qui notant. infam.* et §. 2. *Inſt. de poen. tem. litig.*

CAPUT V.

Explicat legem Decemviralem de actionibus duabus noxalibus, *de* PAUPERIE QUADRUPEDUM, *et* PASTU.

SAtis hactenus de damnis ab homine datis. Hoc capite ea damna occurrunt, quae non hominis dolo, neque data opera, ſed ſine fraude, et caſu potius inferuntur; veluti quae veniunt a quadrupedibus, a quibus utpote ſanae rationis expertibus, iniuria nullus afficitur. Merito Decemviri horum quoque damnorum, rationem habuere. Quam ob rem, ſi quis ab aliena quadrupede, laſcivia, pavore, aut feritate acta, detrimento eſſet affectus; vel, ſi quadrupes, in alieno agro, quidpiam depaſta eſſet, legibus XII. tabularum cautum erat: ut dominus eius quadrupedis, aut damni aeſtimationem prae-

praeſtaret, aut quadrupedem traderet ei, qui damnum accepiſſet. De quibus rebus in tabula ſeptima, talis fortaſſe lex fuit. 1.)

SEI. QUADRUPES. PAUPERIEM. FAXIT. QUIDVE. DEPASTA. SIET. DOMINUS. NOXIAE. AESTIMIAM. OFFERTO. QUADRUPEDEMVE. NOXAE. DEDITO. 2.)

Sive:

1.) Recedemus iſthic paullulum, a ſummo viro IAC. GOTHOFREDO qui legem his verbis exhibet: SI. QUADRUPES. PAUPERIEM. FAXIT. DOMINUS. NOXIAE. AESTIMIAM. OFFERTO. SI. NOLET. QUOD. NOXIT. DATO. Ratio diſſenſionis, in eo eſt, quod Vir doctiſſimus, in hac lege, nullam *de paſtu pecoris* mentionem fecit: nos vero cum HOTTOMANNO, auctoritate Iulii Paulli ducti, duas has actiones, in una lege coniungendas arbitremur. Vide infra ſchol. 3.)

2.) Teſtimonium eorum, quae hic producuntur, praebet ULPIANUS in L. 1.

Sive: *ſi quadrupes pauperiem fecerit*, N *aut*

pr. D. *ſi quadrup. paup. fecif. dic.* in haec verba: *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, actio ex lege duodecim tabularum deſcendit: quae lex voluit, aut dari (id) quod nocuit, id eſt, id animal, quod noxiam commiſit; aut aeſtimationem noxiae offerre.* Et in L. 14. §. 3. D. *de praeſcr. verb.* idem ait: *Si glans ex arbore tua, in meum fundum cadat, eamque ego immiſſo pecore depaſcam, Ariſto ſcribit, non ſibi occurrere legitimam actionem, qua experiri poſſim: nam neque ex lege XII. tabularum de paſtu pecoris, quia non in tuo paſcitur;* cet. Porro, *pauperies* dicitur, *damnum ſine iniuria facientis datum*, auctore ULPIANO et FESTO voc. *pauperies.* A *nocendo* autem et *noxam*, et *noxiam* dici, nemo dubitaverit. Utrumque vocabulum ita diſtinguit IUSTINIANUS §. 1. *Inſt. ſi quadrup. paup. fec.* ut noxa, ipſum, quod nocuit, corpus; *noxia* delictum, quod quis commiſit denotet: eademque legimus in L. 1. §. 1. D. *eod.* Verum enim vero, raro diſcrimen iſtud animadvertimus. Quippe noxa etiam, maleficium ac peccatum qualecunque denotat, non modo in iure noſtro; L. 45. §. 1. D. *de legat.* L. 4.

aut in alieno agro quidpiam depaſta ſit, dominus damni illati aeſtimationem offerat; aut quadrupedem, poenae nomine, tradat.

Duas in hac lege actiones exhibeo. Alteram de pauperie in genere; alteram ſpeciatim nominatam in iure no-

L. 32. D. *de noxal. act.* ſed et in duodecim tabulis, ceu teſtatur GAIUS in L. 238. D. de V. S. Quare, minus recte locutum hic Iuſtinianum, ſive Tribonianum, infra *cap.* VI. *ſcholio* 4.) ne eadem res bis repetatur, adnotaturi ſumus. Ceterum, quod in lege eſt, *noxae dedere*, vel in noxam dare, idem erat, atque hominem animalve vivum, tradere ei, cui, delicto quodam, fuerat damnum illatum. L. I. §. 14. D. *ſi quadrup. paup. fec.* QUINCTIL. *Declamat.* IX. Eſt autem noxae dedere, praeciſa locutio, ut ſubaudiatur, *nomine*, vel *cauſa*; iſque loquendi modus uſitatiſſimus eſt iure conſultis noſtris: ut cum dicunt, *damni infecti promittere*, *legatorum ſatisdare*, cet.

noſtro, ſcilicet, *de paſtu* pecudis. Eas ut coniungerem, graviſſima IULII PAULLI auctoritas fecit; [3.] doctiſſimi inquam illius adſeſſoris AEMILII PAPINIANI, cuiuſque auctoritatem, ceteris omnibus, recentioris aevi iure conſultis, anteponere ſoleo. Nihilo ſecius plerique, ne dicam omnes, cum IAC. GOTHOFREDO de his actionibus, ſeparatim leges ſcriptas fuiſſe credunt; immemores brevitatem illam abſolutam, cuius ſtudioſiſſimos fuiſſe Decemviros, omnes norunt, id ſibi profecto depoſcere, ut ne, de eiusdem generis

3.) Namque in *Recept. Sent.* I, 15. 1. *pag.* 30. *Edit. cura Conr. Rittershuſii Noriberg.* 1594. haec ſcripſit Vir doctiſſimus. *Si quadrupes pauperiem fecerit, damnumve dederit; quidve depaſta ſit, in dominum actio datur, ut aut damni aeſtimationem ſubeat, aut quadrupedem dedat.*

delicto pari poena plectendo, duabus diſtinctis legibus caveretur. Ut nihil dicam, Gothofredi aſſeclas, in eo plane reprehendendos videri, quod ob quadrupedes alieno agro immiſſas, aiunt actionem de paſtu competiiſſe. 4.) Sed iam exequamur coe-

4.) Enim vero, (niſi ſeparatam quandam legem, de *immiſſione pecudis*, quae forſan etiam *de paſtu* dicta eſt, fuiſſe credas) vix eſt, ut ex hac noſtra XII. tabularum lege, ob quadrupedes alieno agro immiſſas actionem competiiſſe dicamus. Namque inſtituendam tum fuiſſe actionem ex lege Aquilia, patet ex L. *ult.* C. *de Leg. Aquil.* Quam ob rem, merito IUVENALIS *Satir.* XIV, *v.* 151. *pag.* 409. *Edit. in uſum Delph.* 1684. quum de hoc delicto loquitur, canit:

Dicere vix poſſis, quam multi talia plorent,
Et quot venales INIURIA *fecerit agros.*

Nimirum dominus, qui pecus immittit, *iniuriam* facit. Ipſum certe pecus, utpote ratione carens, niſi a domino immittatur,

coeptum propoſiti ordinem, legiſque originem ſcrutemur. Suſpicio eſt ſcilicet, Decemviros, hanc legem ex Atticis decerpſiſſe. Certe, haud abſimile quid odorari licet in lege quadam Solonis, apud PLUTARCHUM; [5.]) quo

***

iniuriam facere nequit; quoniam, ut ſupra diximus, pauperies damnum eſt, *ſine iniuria* facientis datum. Sed inquies: cur igitur ſpeciatim de paſtu cautum? Nempe non ſufficiebat de pauperie actio; ſiquidem paſtus pecoris, non eſt detrimentum rei ipſius, ceu pauperies; quippe dum pecora in alieno paſcuntur, etſi dominus damno afficiatur, tamen res ipſa non corrumpitur, non labefactatur, quandoquidem in uſum alienum a natura ſua non vertitur. Igitur iſthic non abuſus, ſed uſus eſt. Conf. HOTTOMANNUS *Antiquit. Rom.* III. *pag.* 457.

5.) In *Solone pag.* 91. *Edit. Lutet. Pariſ.* 1624. Εγγράψε δὲ καὶ βλάβης τετραπόδων νόμον; ἐν ᾧ κύνα δακόντα παραδοῦναι κελεύει κλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον. *Scripſit etiam legem de noxa qua-*

quo adeo et IUL. PAULLUM reſpexiſſe quidam volunt. [6.]) Equidem, quid

---

drupedum, *qua canem*, *mordentem*, *quatuor cubitorum catenae alligatum*, *dedi iuſſit.*

6.) Eodem loco, quem ſupra *ſcholio* 3.) deſcriptum habes: ubi poſt verba *quadrupedem dedat* addidit PAULLUS *Quod etiam lege* PESULANIA *de cane cavetur.* Nimirum Vir ſummus IAC. CUIACIUS in *Adnot. ad Paulli Recept. Sent.* I, 23. 1. *pag.* 337. *tom.* I. *Edit. Neapol.* 1722. legem hanc *Peſulaniam de cane*, non aliam arbitratur, quam illam Solonis, *ſcholio* 5.) relatam: aitque ſe, *in libro Lutetiae edito*, *curante Almarico Bouchardo*, *duobus annis antequam Baſilienſem editionem Ioh. Sichardus procuraſſet*, legiſſe *Peſoloniam*; quam ſcripturam corruptam putat, legendumque opinatur *Soloniam.* Hanc elegantem Cuiacii coniecturam ſubinde magnopere probarunt ANT. AUGUSTINUS et CONR. RITTERSHUSIUS, adeo, ut hic, eam lectionem in ipſum textum admittere non dubitarit, quemadmodum videre eſt in *Edit. Norıberg.* 1595. *eodem curante.* Sed ſane vocabuli terminatio, doctis quibusdam viris, magis Romanam,

quidquid ea de re ſit, pleraque ad pauperiem pertinentia, ex iure Attico fluxiſſe, nullus dubito. Namque ius noſtrum, hac in re, maxime convenit cum PLATONIS lege; qui forſan

N 4

quam Atticam legem videtur indicare. Negant illi Solonis leges, recte vocari poſſe *Solonias:* veroſimilius eſſe, *Peſulanum* quemdam, quiſquis is demum fuerit, Tribunum plebis, ſpeciatim de cane ſanxiſſe, quod lex XII. tabularum generatim de quadrupedibus ſanxerat; adeoque legem Peſulaniam plebiſcitum quoddam eſſe, cuius tamen auctorem, aeque ac aetatem, ſciamus iuxta cum ignariſſimis. Itaque et HOTTOMANNUS in ea, quam dedit, legum Romanarum enumeratione, legem Peſulaniam catalogo illi inſeruit. Vid. Eius *Antiquit. Rom.* III. *pag.* 225. *Edit. apud Ioh. Vignon.* 1700. Ita nimirum, ubi res in obſcuro eſt, coniecturis ſe iuvant Eruditi. Equidem, quamvis de hoc Paulli loco augurari forſan et nos quidpiam poſſemus, abſtinere tamen malumus hanc a Lectore moleſtiam.

ſan eam ex Attico iure eſt mutuatus. 7.) Porro meminiſſe oportet, tum locum eſſe actioni de pauperie, (de altera enim iam diximus) cum quadrupes ceteroqui non fera, velut contra naturam, damnum intulit. 8.) Sane horum in numero, et ca-

7.) *De legibus* XL *pag.* 936. *Edit. apud Henr. Steph.* 1578. ἐαν ὑποζύγιον, ἢ ἵππος, ἢ κύων, ἤ τι τῶν ἄλλων θρεμμάτων σίνηταί τι τῶν πέλας, κατὰ ταυτὰ ἐκτίνειν τὴν βλάβην. *Si iumentum, aut equus, aut canis, aut domeſticum aliud animal, proximi rem attriverit, animalis dominus, eodem modo, damnum reſarciat.*

8.) ULPIANUS in L. 1. §. 7. D. *ſi quadrup. paup. fec.* ait: *Et generaliter haec actio locum habet, quotiens contra naturam fera mota pauperiem dedit. Ideoque ſi equus dolore* (corrigit HOTTOMANNUS *dolone*) *concitatus calce petierit, ceſſare iſtam actionem: — — At ſi equum permulſiſſet quis, vel palpatus eſt, (et) calce eum percuſſerit, erit actioni locus.* Conf. §. 8. 9. *et ſeqq.*

canes, olim, relatos credimus.[9.]) Inſtituturus autem alterutram ex his noxalibus actionibus, ita ſolebat intendere: DOMINUM QUADRUPEDIS, AUT DAMNI AESTIMATIONEM SUFFERRE DEBERE, AUT ANIMAL NOXAE DEDERE. [10.])

9.) Arg. L. 1. §. 5. *ſi quadrup. paup. fec.* Quin etiam PAULLUS in L. 2. §. 1. D. *eod.* inquit: *Si quis aliquem evitans, Magiſtratum forte, in taberna proxima ſe immiſiſſet, ibique a cane feroce laeſus eſſet, non poſſe agi canis nomine, quidam putant: at, ſi ſolutus fuiſſet, contra.* Nihilo ſecius negabat CUIACIUS *Adnot. ad Paulli Recept. Sent.* I, 23. *pag.* 377. *tom.* I. actionem de pauperie etiam ad canes pertinere, eo, quod canes inter pecudes non cenſeantur. Verum id quidem de actione ex lege Aquilia dici poteſt, non de actione quadrupedaria. Ad legem autem Aquiliam ſpectat L. 2. D. *ad Leg. Aquil.* qua nixus eſt Cuiacius.

10.) Vid. L. 1. D. *ſi quadrup. paup. fec.* et §. 1. *Inſt. de noxal. act.* Nobiſcum quoque

CAPUT VI.

Explicat legem Decemviralem de noxali actione ob FURTUM SERVI, DAMNUMVE AB EO DATUM.

ULtimo capite, poſtrema (ſiquidem IAC. GOTHOFREDO credimus) lex in duodecim, explicanda venit. Tranſimus autem a quadrupedibus, ad ſervos; haut magno diſcrimine. Servi enim, apud veteres Romanos, perſonam civilem, habere non intelligebantur; ſed pro rebus, immo pro nullis habebantur. [1.]) Qua-

ſentit SIGONIUS *de iudiciis* I, 21. *pag.* 484. *tom.* II. *Edit. Lipſ.* 1715.

1.) Vid. L. 1. D *de iure deliber.* L. 20. §. 7. D. *qui teſt. fac. poſſ.* L. 7. D. *de lege Corn. de falſ.* L. 32. D. *de regul: iur.* ubi ULPIANUS: *Quod attinet ad ius civile ſervi pro nullis habentur.* Quin etiam ſervitus morti adſimilatur in L. 59. §. 2. *de cond. et demonſtr.* et in L. 209. D. *de reg. iur.* ipſique ſervi qua-

Quare, ad mores Romanorum adludens, imperioſa illa uxor ait apud IUVENALEM: [2.]

O demens ita ſervus homo eſt?

Unde, quum ſervilis conditio, non pateretur, ſervum iudicio conveniri; [3.] conſtituere Decemviri: ut ſi ſer-

drupedibus aequiparantur, in L. 2. D. *ad L. Aquil.* Ceterum eleganter FLORUS *Hiſtor.* III, 20. *pag.* 133. *Edit. Pariſ. in uſum Delph.* 1674. ſervos, ob diverſiſſimam hanc a liberis hominibus conditionem, *ſecundum hominum genus* appellat.

2.) *Satir.* VI. *ver.* 221.

3.) Huc ſpectat verſus ille TERENTII *Phorm.* II, 1. *ver.* 62. iam alias laudatus:

Servom hominem cauſſam orare leges non ſinunt.

Similiter ULPIANUS in L. 3. D. *ne quis eum qui in ius voc.* ſcribit: *Quod ſi ſervum quis exemit in ius vocatum, Pedius putat ceſſare Edictum: quoniam non fuit perſona, quae in ius vocari potuit.*

ſervus, ſciente domino, furtum feciſſet, aliudve damnum dediſſet, in dominum actio eſſet. Sed ita tamen, ut, ſi is damni aeſtimationem praeſtare, litemque, ſuo nomine, ſubire nollet; noxae ſervum dedendo liberaretur. Cuius legis verba, Vir ſummus IAC. GOTHOFREDUS, haec circiter fuiſſe arbitratur.

SEI. SERVUS. SCIENTE. DOMINO. FURTUM. FAXIT. NOXIAMVE. [4]) NO-

4) *Noxia apud antiquos damnum ſignificat, ſed a Poetis ponitur pro culpa*, inquit FESTUS XII. *pag.* 285. Confirmant hunc Feſti locum, quae extant apud PLAUTUM in *Bacchid.* IV, 9. *ver.* 81.

Sat ſic ſuſpectus ſum, cum careo noxia.

Et apud MANILIUM *Aſtronom.* IV, 5. *v.* 94.

Quin etiam infelix virtus, et noxia felix.

Alias dum culpam ſive poenam denotant Latini, verbo *noxa* utuntur, ceu idem

NOXIT. NOXAE. DEDITO. [5.]) Ut

FESTUS *loc. cit.* auctor eſt. Enim vero diligenter diſtinguendum inter *noxam* et *noxiam*, quoties huiuſmodi vocabulum in XII. tabulis, aut iure civili occurrit. Quod autem IUSTINIANUS in §. 1. *Inſt. de noxal. act.* ait: *noxam eſſe ipſum corpus quod nocuit*, id merito reprehendit LAUR. VALLA *De elegant. ling. lat.* VI, 36. Verum, quae deinde ſequuntur, nihil aliud omnino mereri dixeris, quam quod Vallae, in *Republica iure conſultorum* accidiſſe perquam lepide ac venuſte fingit Vir omni laude digniſſimus AUR. DE IANUARIO in libro elegantiſſimo, cui titulus: *Reſpublica Iurisconſultorum Edit. Neap.* 1731. *pag.* 220. Ceterum, de variis noxae et noxiae ſignificationibus pluribus egerunt BEROALDUS in *Serv.* §. 3. NIC. LOËNSIS *Epiphyll.* VI, 11. SALMASIUS *De modo uſurar. pag.* 888. MENARDUS ad *Cicer. orat. pro Roſcio Amer.* XXII. GRONOVIUS ad *Senec. Troad. verſ.* 403.

5.) Teſtimonium huius legis habes in §. 4. *Inſt. de noxal. act.* et in L. 2. §. 1. D. *eod.*

Ut παράφρασιν ommittam, (neque enim opus eſt) credo hanc legem, Athenienſium inſtitutis deberi; eo, quod ſimillimam legem in libris PLATONIS legamus. [6.]) Scientia autem domini, in hac noſtra lege, ceu et in omnibus aliis, quibus noxalis actio ſtabilitur, ſic accipienda eſt: ut tum dominus ſcire intelligatur, quum, ſi forſan damnum prohibere potuiſſet,

6.) *De legibus* XI. *pag.* 936. *Edit. Henr. Steph.* 1578. Δοῦλος δ' ἂν εἰ δούλη βλάψῃ τῶν ἀλλοτρίων, καὶ ὁ τιὼν, μὴ ξυναιτίου τοῦ βλάβεντος αὐτοῦ γενομένου, κατ' ἀπειρίαν, εἴ τιν' ἑτέραν χρείαν μὴ σώφρονα, ὁ τοῦ βλάψαντος δεσπότης τὴν βλάβην ἐξιάσθω, μὴ ἐνδεῶς, ἢ τὸν βλάψοντ' αὐτὸν παραδότω. *Si ſervus ſervave rem alienam laeſerit, et is, qui damnum paſſus eſt, damni occaſionem minime praebuerit, idque vel imperitia, vel alia aliqua non honeſta et laudabili neceſſitate: eius qui damnum intulit dominus, aut damnum plane reſtituito, aut eum qui damnum intulit noxae dedito.*

ſet, non prohibuit. [7.]) Multum tamen abeſt, ut iura eam domini conniventiam, non turpem minus habeant, quam ſi ipſe dominus, ſervo delinquenti auctor fuiſſet; [8.]) quantumvis SENECA [9.])

Qui non vetat peccare, quum poſſit, iubet.

Por-

7.) Vid. L. 3. D. *de noxal. act.*

8.) Quare ULPIANUS in dicta L. 3. D. *de noxal. act.* inquit: *Aliud eſt enim, auctorem eſſe ſervo delinquenti: aliud pati delinquere.* Nihilo ſecius, quod mirere, ita ſcripta eſt L. 2. *eod.* ut in duodecim tabulis, *ſcientiam* domini pro *mandato* habendam eſſe crederes. Quare lubens aſſentior doctiſſimo FRANC. HOTTOMANNO *Antiquit. Rom.* III. *pag.* 472. qui eam legem, a Triboniano, tam parum cohaerentem, vexandi lectoris (ut ſolebat) gratia, ſcriptam fuiſſe exiſtimat.

9.) *Troad.* II, 2. *verſ.* 290. *pag.* 398. *Edit. Amſtel.* 1682. *curante Gronovio.*

Porro, quae actio ex XII. tabulis prodita fuerit, ſi inſciente domino, furtum fecerit ſervus, non liquet. Enim vero, quae in iure noſtro de inſciente domino cum noxae deditione; de ſciente vero detracta noxae deditione, id eſt, in ſolidum conveniendo dicuntur, de lege Aquilia, procul dubio, interpretanda ſunt.[10.)] Ceterum, recte IAC. GOTHOFREDUS in hac lege, brevitatis gratia, ſolam noxae dedendi facultatem poſuit: ſiquidem, alioqui ex ipſa actionum noxalium indole, planum fiebat, dominum, ubi forſan damnum datum, infra ſervi animaliſve pretium, creditum fuerit, litis aeſtimationem ſubire

10.) Ad legem Aquiliam igitur ſpectant: L. 2. *pr.* D. *de noxal. act.* L. 4. §. 2. 3. D. *eod.* L. 5. *pr.* L. 17. *pr.* L. 19. *pr.* D. *eod.* pluresque aliae.

ire poſſe. [11.] Quam ob rem, qui ex hac lege agebat, itidem, ut ſupra diximus, ea formula utebatur: DOMINUM AUT LITIS AESTIMATIONEM SUFFERE DEBERE, AUT SERVUM NOXAE DEDERE. [12.]

O ER-

[11.] Igitur ULPIANUS in L. 21. D. *de noxal. act.* ait: *Quotiens dominus ex noxali cauſa convenitur, ſi nolit ſuſcipere iudicium, in ea cauſa res eſt, ut debeat noxae dedere eum, cuius nomine iudicium non ſuſcipitur.* Et item in L. 6. §. 1. D. *de re iudic.* Idem inquit: *Decem, aut noxae dedere condemnatus, iudicati in decem tenetur: facultatem enim noxae dedendae ex lege accipit. — at iudicium ſolius noxae deditionis nullum eſt.*

[12.] Vid. §. 1. *Inſt. de noxal. act.* et L. 1. D. *eod.* Quare hanc formulam, ſic etiam concepit BARN. BRISSONIUS *De formul.* V. *pag.* 383. *Edit. Mogunt.* 1649.

SOLI DEO GLORIA.

ERRATA

Pag.	Lin.		Lege
114.	9.	*in notis* eas	ea
131.	10.	*in notis* ſcholio 4.)	ſcholio 3.)
162.	6.	παρακαταςήκης	παρακαταθήκης

Cetera aequus lector facile corriget.

INDEX

* *
* *

INDEX RERVM.

Numeri Romani tentamina, Arabici paginas denotant; n. notas.

A.

Actio furti nec manifeſti etiam ob furtum uſus intendebatur. III, 153. n. 12. & item in eum, cuius ope et conſilio furtum factum. 154.
- - depoſiti quando locum habeat. 162. ſeq.
- - depoſiti ex inficiatione, in duplum, ſerius introducta. 165. n. 11.
- - ex inficiatione in quadruplum. 166. ſq. n. 13.
- - depoſiti miſerabilis. 168. n. 14.
- - de diſtrahendis rationibus. 183. n. 3. non eſt confundenda cum actione ſuſpecti tutoris. 184. n. 4. ab Iac. Gothofredo minus recte videtur eſſe repraeſentata. 185. n. 6. finita demum tutela inſtituitur. 187. n. 9.
- - de paſtu non competit ob quadrupedes alieno agro immiſſas. 196. n. 4.
- - de pauperie quando ei locus ſit? 200. n. 8.
Actor plus petendo cauſa cadebat. II, 100. n. 4.
Adorare veteribus idem quod cauſam agere. III, 150. n. 6.
Aegyptii furtum non puniebant. 147. n. 3.
Albinus genuinum familiae Poſthumiae cognomen. I, 10. n. 3.
Album Praetoris & formularum actionum. II, 86. n. 3.
Anteſtatio; eius ritus. 68. n. 6. an etiam lenonis cauſa fieret? 70. n. 10.
Appellationes variae XII. tabularum. I, 23. ſeq.
- - qui eas ignorant in interpretandis legibus ſaepe labuntur. 27. n. 11.

Arbiter qui differat a iudice ? II, 100. n. 3.
Aſſiduus in XII. tabulis idem quod locuples. 83. n. 5.
Auricula memoriae ſedes. 68. n. 6.

B.

BOETHIUS minus recte aiebat vindicem eſſe procuratorem. II, 81. n. 3.
BRISSONIUS vindicatus. 81. n. 3. & laudatus. 101. n. 3.
BYNCKERSHOECKIUS laudatus eiusque coniectura acceptata. I, 8. n. 4.

C.

CASAUBONI translatio clarior reddita. II. 94. n. 4.
Centumviri qui fuerint ? 114. ſq.
CICERONIS laus de XII. tabulis quodam Poetae dicto temperatur. I, 51
Clepſydrae uſus in iudiciis civilibus. II, 128. ſq. n. 11.
Commentatores veteres in XII. tab. leg. laudantur. I, 31. ſq. recentiores itidem. 42. ſq.
Comperendinatio eſt iudicium in diem tertium conſtitutum. II, 90. n. 4. comperendinationis legem quis tulerit ? ibid.
CUIACIUS non videtur recte exiſtimare de actione depoſiti ex XII. tabulis III, 163. ſq. neque etiam recte negare videtur, legem in XII. tab. de pauperie, ad canes quoque pertinere. 201. n. 9.

D.

Decemviri primi, legum condendarum cauſa creati. I, 14. decem legum tabulas conficiunt. 15. n. 4.
- - poſteriores, ſupplendis decem tabularum legibus creati. 18. ſq. duas novas tabulas prioribus adnectunt. 20. n. 5. ſed ob impotentiam atque audaciam abdicare coguntur. 21.
Decemviri ſtlitibus iudicandis. II, 117. de praeiudicialibus quaeſtionibus ius dixerunt. 119 n. 2. & praefuerunt Centumviris. 120. n. 3.
Depoſiti actio. vide *actio*.

Depo-

Depoſitum ſacrum habebatur. III, 158. n. 1. & poena etiam is dignus eſſe cenſebatur, qui depoſitum duntaxat dubitabat reddere. 159. n. 2.
Dies conditus duplex. II, 77. n. 1.
- - ſtatus quis? 77. n. 2.
- - perendinus. 89. n. 2.
- - poſtulationum & cognitionum quomodo differant? 97. n. 2.
DIODORUS SICULUS ab errore contra Struvium vindicatus. I, 21. ſq. n. 7.
DIONYSII HALICARNASSEI locus explicatus. 24. n. 8.
Domeſtici diſceptatores litem intra privatos parietes componebant. II, 67. n. 5.

E.

EDere actionem quid ſit? II, 86.
Edictum Praetoris de reo in iudicio non comparente. 95. ſq.
Editiones Livii correctae. I, 10. n. 3.
- - Macrobii variae recenſetur. II, 99. n. 2.
Eremodicium contrahere quando litigatores dicerentur? et quae huius rei poena? 121. n. 1.
Eſcit veteribus idem quod erit. III, 150. n. 6.

F.

FOrmula offerendi iudicem. II, 105. n. 3.
- - reiiciendi iudicem ſuſpectum. 106. n. 4.
- - poſtulandi iudicem. 106. n. 5.
- - ſententiae iudicis. 133. n. 6. 134. n. 7. 8.
- - condemnandi reum ſi arbitrio non paruiſſet. 135.
- - actionis furti. III, 157. n. 16.
- - actionis depoſiti. 170.
- - actionis de tigno iuncto. 180.
- - actionis de diſtrahendis rationibus. 189.
- - actionis noxalis de pauperie quadrupedum et paſtu. 201.
- - actionis noxalis ob furtum ſervi. 209.

Fur nec manifeſtus quis diceretur ? 152. quis manifeſtus ? 153.
- - hominis. 154. n. 13.
Furtum uſus quando patratum eſſe crederetur ? 153. n. 12.
- - ope conſiliove alterius factum. 154. n. 13.
- - conceptum quid ? 176. n. 6. tripli poena puniebatur. 178. n. 10.

G.

GOTHOFREDUS laudatus. I, 45. n. 24.
GRAVINA adverſus Heineccium vindicatus. II. 81. n. 3.
GUNDLINGIUS minus recte exiſtimaſſe videtur, vocationem in ius obtorto collo, in publicis ſaltem iudiciis adhibitam fuiſſe. 65. n. 1.

H.

Haſta Centumviralis. II, 116. n. 4.
HEINECCIUS non videtur iure reprehendere Rittershuſium propter opinionem de interitu duodecim tabularum. I, 31. 8. minus recte afferit publica iudicia etiam ab in ius vocatione incoepiſſe. II. 65. n. 1. non ſatis fideliter textum Macrobii retulit. 98. n. 2.
Hermodorus exul Epheſius plurimum contulit ad leges XII. tabularum. I. 15. unde ei ſtatua publice poſita. *ibid.* n. 5.
HORATII locus explicatus. II, 94.
Hoſtis apud veteres Romanos quis diceretur ? 78. n. 4.

I.

de IANUARIO (Aurel.) laudatus. III, 205. n. 4.
Infamia notabatur iudicio furti damnatus. 157. n. 18.
- - depoſiti itidem. 171. n. 17.
- - tigni iuncti ſi furtivum tignum fuiſſet itidem. 180.
- - de diſtrahendis rationibus itidem. 190. n. 14.

Inſi-

Inficiari depoſitum quis diceretur ? 166. n. 12.
- - non eſt negare ſe depoſitum accepiſſe. 165.
Inſtrumentorum uſus & auctoritas in iudiciis. II, 126. n. 6.
Iudex convenire debebat inter partes. 105. n. 3.
- - ſi ſuſpectus eſſet reiici poterat. *ibid.* n. 4.
- - de actore et reo aeque ſolicitus eſſe debebat. 107. n. 7.
- - ſententiam latino ſermone conceptam dicebat. 192. ſq. n. 1. ſedens. 130. n. 2. & ex tabella. ſq. n. 3.
- - latini ſermonis ignarus albo iudicum eraſus. 130. n. 1.
- - iurabat interdum, ſibi non liquere. 132. n. 4.
Iudices qui olim ? 62. n. 5.
- - pedanei qui, & unde dicti ? 109. n. 1.
Iudicis poſtulatio. 106. n. 5. datio. n. 6. & ſacramentum in leges praeſtitum. 108. n. 8.
Iudicium ; eius definitio. 59. ſq. diviſio. *ibid.* n. 4.
- - centumvirale, an magnae exiſtimationis fuerit ? 125. n. 3. quibus adiumentis ad eam magnitudinem pervenerit ? 117, n. 5.
Iurisiurandi uſus in iudiciis. 126. n. 7.
Ius triplex in XII. tabulis. 37. n. 3.
IUSTINIANUS merito ab Laur. Valla reprehenſus. III. 205. n. 4.
IUVENALIS ſatira XIII. laudatur. 166. n. 3.

L.

Lacedaemones furtum poena exemerunt. III, 146. n. 2.
Leges Regiae. I, 6. n. 2.
- - XII. tabularum qua occaſione conditae ? 7. ſq. primum a Decemviris in X. tabulas relatae ; 15. et populo cognoſcendae ſunt traditae. 16. tum etiam comitiis centuriatis perlatae. 17. tandem adnexis duabus reliquis tabulis, 20. n. 5. hisque itidem in publico propoſitis. 21. n. 7. aeneis tabulis inſculptae ſunt. 22. n. 8.
- - quibus nominibus inſignitae fuerint ? 23. ſq.

- - Gal-

- - Gallico incendio fere deperditae. 28. aliquantum reſtituae ſunt. *ibid.* n. 3.
- - pueris ediſcendae tradebantur. 29. n. 5.
- - a variis reprehenſionibus vindicantur. 46. ſq. n. 1. 2. 3. tum, Auctorum de iis laudes & encomia adnotantur. 47. ſq. n. 4.

Lex comperendinationis a Glaucia Praetore primum lata. II, 90.
- - Decemviralis de in ius vocatione. 69.
- - de iis quos nefas erat in ius rapere. 74.
- - de condictione diei cum peregrino. 78.
- - de vindicibus. 82.
- - de pactis litigatorum. 84.
- - de actione furti nec manifeſti. III, 150, non videtur deſumta ex Atticis legibus. 155.
- - de actione depoſiti. 161. videtur translata eſſe ex iure Attico. 162.
- - de actione de tigno iuncto: 172. intelligenda de eo tigno quod ſine voluntate domini iunctum eſt. 174. n. 4.
- - de tutela legitima. 187. n. 1.
- - de diſtrahendis rationibus per coniecturam reſtituta. 185. n. 7.
- - de pauperie quadrupedum et pictu. 192.
- - de ſervo qui ſciente domino furtum fecit, aliudve damnum dedit. 204.
- - SOLONIS de furto nec manifeſto. 155. n. 14.
- - Peſulania de cane. 198, n. 6.
- - PLATONIS de damno a quadrupedibus dato. 200. n. 7.
- - de damno a ſervis dato. 205. n. 6.

M.

MARCILIUS notatus ob mutatam lectionem in lege XII. tab. de furto. III, 150. n. 6.

Matronae non poterant violente in ius vocari. II, 75. n. 3.

Mor-

Morbus ſonticus excuſat eremodicium. 121. n. 2.
Multa quid ſignificet apud Plautum ? 79. n. 1.

N.

NOxa & noxia qui differant ? III, 193. n. 2. & 204. n. 4.
Noxae dedere quid ? 194. n. 2.
Nec dicebant veteres pro *non*. 150. n. 6.

O.

ORator cauſam dicebat ſtans. II, 123. n. 3. ſed ſi de re leviſſima ageretur, ſedebat. *ibid.* & ſq.
Ordines collocandi XII. tabulas. I. 38. n. 4.

P.

PActa inter reum & actorem, antequam ad Praetorem irent. II. 84. n. 1.
PAULLUS (*Iulius*) laudatus. III. 195.
Pauperies quid ? 193. n. 2.
Peſulania lex de cane. 198. n. 6.
PETITUS (*Pet.*) non videtur recte explicare locum Ciceronis de XII. tabulis. I. 50. n. 9.
POMPONIUS explicatus. 8. n. 2. 4. & 14. n. 3.
Praeceptores an eodem iure cum parentibus, ratione ius vocationis uſi fuerint ? II. 74. n. 2.
Praes quis dicatur ? 80. n. 2.
Praetor quas perſonas in ius vocare prohibuerit ? 73. ſq.
- - non ſtatim concedebat actionem. 88. n. 5.
- - iudicem dabat, 106. n. 6. certa quadam formula, quae & intentioni actoris, reique defenſioni congrueret. 107. n. 7.
Proletarius quis olim dictus ? 83. n. 5.
Puellae impuberes in ius vocari non poterant. 75. n. 3.

Q.

QUadrupes ſi pauperiem feciſſet, quaenam actio detur ? III, 193. n. 2.

- - ſi depaſcendo agrum alienum, nocuerit, quaenam actio competat? 195. n. 3.

R.

Recuperatores qui dicerentur? II. 112. quibus in cauſis ſolerent dari? *ibid.* n. 5.
Reſponſum a Pythia datum. III, 159. n. 2.
Reſtitutio in integrum eorum qui in iudicio formula ceciderant. II, 102. n. 5.
Reus ſententiis paribus abſolvi poterat. 135. ſq. n. 11.
RITTERSHUSIUS adverſus Heineccium explicatus. I, 30. n. 8.

S.

Sacramentum in iudiciis quid? II. 103. n. 2. quo potiſſimum iudicii tempore ſoleret inſtitui? *ibid.*
Sententia iudicis poſtquam prolata eſſet neque revocari, neque mutari poterat. 137. n. 1.
- - non valebat, niſi a maiore parte dicta. 135. n. 10.
Servi olim fures dicti. III, 149. n. 5.
- - iure civili pro nullis habentur. 202. n. 1.
- - quadrupedibus aequiparantur. 203. n. 1.
- - non poterant in iudicio conveniri. 203. n. 2.
Servitus morti comparatur. 203. n. 1.
SIGONIUS adverſus Heineccium vindicatus. II, 81. n. 3.
- - videtur confundere poſtulationem advocatorum cum poſtulatione actionum. 88. n. 4.
- - textum Macrobii non ſatis fideliter retulit. 98. n. 2.
SOLONIS lex de damno a quadupedibus dato. III. 197. n. 5.
Suſpecti crimen trahit originem ex XII. tabulis. 182. n. 2.

T.

Tabulae legum duodecim. vide *Leges.*
Tempus exercendi iudicii. II, 63. n. 6.
Teſtes in iudiciis civilibus. 125. n. 5. in iudiciis publicis etiam centum & viginti eſſe poterant. 126. *ibid.*
Tigni appellatione, in XII. tabulis, quid veniat? III. 173. n. 3.

Tutor ſuſpectus quemadmodum accuſaretur et puniretur? 182. n. 2.

V.

Vadari quid ſit? II, 89.
Vades quid? 80. n. 2. ſi eos dare non poſſet reus, in carcerem mittebatur. 91. n. 6.
Vadimonium quid? 90. cur interdum differretur? 92. n. 2.
- - deſerere quid? 93. n. 3. eius rei poena. n. 4.
Vadimonio ſi actor non occurriſſet cauſa cadebat. 94. n. 5.
VALLA (*Laur.*) non videtur iure merito reprehendere Iuſtinianum. III. 205. n. 4.
Vindex quis? 80. n. 3. fere idem quod vas. *ibid.*
Vocatio in ius violenta, publicis iudiciis non fuit propria. 64. n. 1.
- - quemadmodum peragеretur? 67. ſq.
- - ex domo propria fieri non poterat. 67. n. 4.
- - obtorſo collo. 69. n. 7.
- - cuiusmodi fuerit apud Graecos? 73. n. 1.

FINIS.

9.5.524
45208

1 35655722

Digitized by Google

221
9.5.524
F4 45208

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google